Proditor at iudas postquam se talia cernit · XXIIII ·
Accepto sceleris pretio signasse [fecisse] furentem.
Infelix aegris damnans sua gesta querelis
Proicit templo tunc detestans argentum,
Exortusque suas laqueo sibi sumere poenas
Informem rapuit ficus de uertice [cacumine] mortem.
Inde sacerdotes pretium quod sanguinis esset
Illicitum fantes adrario concedere templi. Achel demah
Quod dare [pretium] tunc licitum cum sanguis distraheretur [uenundaretur] hoc est ager sanguinis
Credebant agrum mercati nomine uero
Sanguinis horrendo signant [monstrant] scelera impia facto;
Haec quondam cooperta [tecta] canens uox uera propheta [dicta mistica]
Euentu rerum patefecit ordine rerum.
Argenti triginta minas [argenteos] posuere profani.
Hoc pretium pretiosi corporis instituentes.
Quod mox adfiguli rursus transfertur agellum. Ubi xpistus illuditur

Traditus est crucibus [inlusus] scelerisque ministris, a iudeis.
Militibus scelerata ludibria [delusiones] corpore perbet, · XXV ·
Purpureaque illi tunica clamidemque [sagum] rubentem
Inducunt, spinisque caput cinxere cruentis.
Inque uicem [pro uice] sceptri dextram comitatur harundo;
Tum genibus nixi [inclinati] regem dominumque salutant
Iudaeae gentis faciemque lauere saliuis.
Verticem et intecto plagis lusere nefandis,
Haec ubi transegit miles [ministri] ludibria demens.

Indutum proprie ducebant tegmine uestis
Et crucis ad poenam saeuum iustumque trahebant
accepere — Ecce sed egressi quendam accipere Simonem
(cireneum) Cirena gentum lignumque adferre iubebant
Quo dominum lucis iussis suffigere saeuis
(cogebat) Instans urgebat secli miserabilis ordo
(ferat) At postquam uentum est ubi rupis golgotha nomen
Per mixtum felli uinum dant pocula christo
(primo) (tangere) Ille sed in summo gustu tractata recusat
Ut satis antiquis fierent oracula dictis; (& dederunt ei escam meam fel)
(nec minus) Nec tamen insultans hominum furor omnia posset
Iamque crucis fixum pendebat in arbore corpus
Intactaeque dedit tunicae sub sorte pomis
Militibus uestes partim findunt iniquis
Militis unius seruans possessio textum;
Et scriptum causae titulum meritique locarunt
Quod rex iudeae plebis gentisque fuisset

De duobus latronibus: XXVI

Accidit ut pariter poenae consortia ferrent
Latrones hinc inde duo: sed ceca furentis
Insultat plebis fixo uesania christo; (yronia)
(yronia) (scilicet potuit) Hic est qui trino lucis reparare meatu
Hic est qui poterat templum dissoluere solus
Sed nunc descendat soboles ueneranda tonantis
Et crucis e poena corpusque animamque resoluat;
Haec uulgi procerest uecordis dicta secuntur;
Atque pharisei scribaeque & factio demens (multitudo congregatio)
Inludunt motuque caput linguasque loquelis
(agitant) (fellis) Insanis quatiunt aeternae adminicula poenae;
(dudum) Nonne alios quondam trucibus seruare solebat
Morborum in nodis se se cur soluere penis
(ecce uide) Non ualet en regem nostrum quem credere gentis

debent.

91
51

Debuimus. soluat ligni de robore corpus.
Tunc scis digne potuimus credere signis.
Confidit genitore, dimitte pena
Cur ppriā ſ ponuit sobolē ueneranda potestas;
Hec minus increpitant dextra leuaq; gementes
Adfixi crucib: scelerum pforte latrones; Ubi ihs clamat in cruce. XXV.
Iam mediū cursu lucis conscenderat orbē;
Cū subito exoculis fugit. furuisq: tenebris
Indutꝰ trepidumq: diem sol nocte recondit;
Ast ubi turbatꝰ nonā transegerat horā.
Consternata suo rediēr lumina mundo
Et xp̄s magna genitorē uoce rogabat
hebree inmorē lingue: sed nescia plebes
heliā uocitare putat; tum concitus unus
Cogebat. sphongo xp̄i calamo querere uincto
Inpssum labiis acidū potare saporē;
Cetera turba furens tali cū uoce cachinnat;
Spectemꝰ parit. celo ne forte remissus
helias ueniat. celsa qui insede quiescit.
Liberet & misero cfixū stipite regē; Ubi xp̄s obiit. XXVIII.
Tum clamor dn̄i magno conamine missus.
Aetheriis animas commiscuit auris;
Scinduntur parit̄ sc̄i uelamina templi. findunt
Carbasaq: ingeminas partes disrupta dehiscunt.
Et tremibunda omis concussa ē pondere tellus.
Dissiliuntq: suo ruptę decorpore cautes;
Tum uetum monumēta uirū patuere repulsis
Obicib:. iustęq: animę pnebra reuersę.
Et uisu passim populi ptoemia late
Errauere urbis; sic trem̄t om̄ia mundū;
Militib: primis quatiuntꝰ corda pauore.

custo diebant
Dedita qui seue seruabant corpora poene.
ntur
Et sobolē dixere di. xpmq: fatebant
tanta
E speculis matres miracula, tuentē.
ubi ioseph corpus xpi sepeliuit XXIX.
Omis obsequiū xpo que ferre solebant
Iam decedenti uesp succedere soli
Ceperat. & pcerū solus cū iustior aud&.
Corpus ad extremū munus deposcere xpi,
portabat . habebat
Hic abarimathia nom gestabat ioseph.
Qui quondā uerbis aures pbebat ihu.
Pilatū tunc iste rogat. sibi cedere membra.
Quis nup tulerat uitā uis horrida poene.
Concessit preses; sed corpus fulgida lino
Texta tegunt. saxiq: nouo cōponitē antro.
Iam concludunt inmisē uolumina petre.
ubi milites custodiunt monumēta XXX.
E speculis. seruant matres. & cuncta tuentē.
Iamq: dies rutulo complebat lumine tras.
Otia qui semp pisca de lege iubebat.
Nulla sed inimicis pcerū furor otia seruat;
Conueniunt. honerantq: simul sic iudicis aures;
Erroris laqueos iustissima poena resoluit;
seductor
Hunc meminisse dec&. quo planus ille solebat
Uulgari semp iactans pmitte plebi.
E mortis sese tenebris ad lumina uite.
solis
Cum trino parte remeare recursu;
Sed petimus custos miles noua funera seru&.
Ne fera disciplis furandi audacia corpus
Consurgat. turp&q: recens insania plebē;
Et pilatus adhec; miles pmittitur inquid
Seruare inuiolatis. corpus tellure sepultū;
Conueniunt. saxiq: ingentia pondera uoluunt.
Et limen signis. & saxū milite seruant;

Cambridge University Library
Licensed under Creative Commons Attribution-NonCommercial 4.0 Unported License (CC BY-NC 4.0)

DE RESURRECTIONE DNI. .XXXI.

Sidera iam noctis uenturo cedere soli
Incipiunt. tumuli matres tum uisere septum (claustrum)
Concurrunt motus sed terram primus omnem
Concitit. & caelo lapsus descendit apto
Nuntius. & saxum tumuli de limine uoluit.
Uuius & facies splendor. ceu fulguris ignis.
Et niuis adspeciem lucent uelamina uestis;
Militib; terror sensum disduserat omnem
Et iacuere simul. ceu fusa (strata) cadauera leto.,
Ille sed ad matres tali cum uoce profatur.,
Ut ta pauor nullus quatiens nunc corda fatiget;
Nam (s. est) manifesta fides. scim uos quaerere corpus.
Quod crucis in ligno scelerata insania fixit;
Surrexit xps; aeternae lumina uitae.
Corpore cum sco deuicta morte recepit;
Uisere iam uob licitum est. quo sede sepulchri
Nulla istic iaceant. fuerant quae condita membra;
Dicite praeterea celeri properoq; recursu
Discipulis xpm remeasse in luminis oras.
Inque galileam laetum praecedere terram;
His dictis uisisq; animos perfuderat ardens
Laetitia attonitas (l. perfuderat) stupor ancipitiq; pauore; Ubi se ostendit mulierib;.
Deniq; (ueloce) praecipiti celebrantes gaudia cursu.
Talia discipulis referunt. tumulumq; relinquunt; .XXXII.
Ecce tuis medio clarus se ostendit ihs.
Et fidas matres blande saluere iubebat;
Occurrunt illae. & genib; plantisq; prehensis.
Uictorem leti pauidae uenerantur ihm.,
Talib; ille dehinc praeceptis pectora firmat.,
Mentib; absistat fidei pauor omnis. & istec
Fratrib; hinc nris prope mandata referte.,

Hn̄ conspectus sicura est te uolentes
I taq; (lug.) galilea p̄pe transeunte trā ;

Ubi milites accipiunt p̄tiū.

I nterea tumuli custodū excita carda
Mi ttuunt e numero partē que tanta referret
I udeis rerum miracula sed manus amens
I am semel insano penit᷑ deuota furori
P remia militib; certatim magna rependit
E t famā argento redimit (emit) q; limine rupto
F urtim sustulerit corpus defensa tenebris
O ccultę rapiens audacia discipulorū

Ubi se ostendit discipulis .xxxIIII.

I amq; galileos conscenderat anxia (sollicita) montes
M andatis xp̄i currens turba suorū
C ernit̄ ecce suis p̄les (discipulis) ueneranda tonantis
I llum p̄cumbens sc̄e chorus omnis adorat
H ec tam ouncua (a) pariter fundata manebat
P ectorib; uirtus nam pars dubitat eorū ;
T unc sic discipulos clar᷒ compellat ih̄s ;
I ncelo & terris genitor mi cuncta subegit ;
M e pat̄ est uob dignatus mittere lucem ;
G entib; haud alit̄ nunc uos ego mitto cunctis
I nstitui urm̄ est cunctas in iungere gentes ;
P ergite & ablutos homines purgantib; undis
H omine sub sc̄o patris natiq; lauate ;
U iuifico pariter currant spiracula flatus ;
A blutisq; dehinc nr̄a insinuate (monstrate) docentes
P receptis uitam p̄ssint agitare (uel agere) p̄henne ;
H ec uob nunquā nr̄i p̄sentia deerit ;
D onec consumens dissoluat saecula finis ;

F i n i t … l i b e r I I I I Iuuenci ; Versus eius de.

Hec mea mens fidei uires sanctiq; timoris
Coepit: cumtantum lucet mihi grā xp̄i

Uersib: ut nostris diuinae gloria legis
Ornamenta libens caperet terrestria linguae.
s. tribuit
hec mihi pax tribuit xpi. pax hec mihi saecli.
Quam fouet indulgens terrae regnator apte
Constantinus. adest cui gloria diua merenti.
Qui solus regum sacri sibi nominis horret
Imponi pondus. quo iustis dignior actis
Aeternam capiat diuina in saecula uitam.
Per dominū lucis xpm. qui in saecula regnat. am.

52

INCIPIT PASCHALE CARMEN SEDULII RETHORIS NOUI ET VETERIS TESTAMENTI :~

Sume pater meritas ueracis dicta poete. VERSASTERII
Que sine figmenti condita sunt uitio.
Quo car& alma fides quo sci grā xpi.
Per quā iustus ait talia sedulius.
Asteriq: tui semp meminisse iubeto.
Cuius ope & cura edita sunt populis.
Quē quamuis summi celebrent pscta fa stus.
Plus tam ad meritum est. si uig& ore tuo.

sollempnes celestia
PASCHALES QUI CUMQ:
misteria desideras
dapes conuiua requiris.
carminalib:
Dignat nris accubitare thoris.
intellegis
Pone supciliū si te cognoscis amicum.
Hec queras opus hic codicis artificis.
ueni
Sed modice content adi sollempnia mensae.
replere
Plusq: libens animo quam satiare cibo.
delectaris
At si magnarū capis dulcedine rerū.
honores
Diuitiasq: magis deliciosus amas
ute carminib:
Nobilium nitidis doctorū uescere cenis
Quoꝝ multiplices nec numerant opes.

Cambridge University Library
Licensed under Creative Commons Attribution-NonCommercial 4.0 Unported License (CC BY-NC 4.0)

Hic invenies quid mare nutrit edendum.
Quicquid terra creat quicquid ad astra volat.
Caerea gemmatis flavescunt mella canistris.
Conlucentque suis aurea vasa favis.
At nos exiguum de paupere carpsimus horto.
Rubraque adpositum testa ministrat holus.
Cum sua gentiles studeant figmenta poetae.
Grandisonis pompare modis tragicoque boatu.
Ridiculo vegete seu qualibet arte canendi
Seva nefandarum renovent contagia rerum.
Et scelerum monimenta canant rituque magistro.
Plurima niliacis tradant mendacia biblis.
Cur ego daviticis assuetus cantibus odas
Chordarum resonare decem sanctoque verenter.
Stare choro et placidis celestia psallere verbis.
Clara salutiferi taceam miracula Christi.
Cum possim manifesta loqui. dominumque tonantem
Sensibus. et toto delectet corde fateri.
Qui sensus et corda dedit; cui convenit uni
Facturam servare suam. cui cura perenni
Arcibus aethereis una est cum patre potestas.
Par splendor. communis apex. sociale cacumen.
Aequus honor. virtus eadem. sine tempore regnum.
Semper principium. sceptrum iuge. gloria consors.
Maiestas similis. hec est via namque salutis.
Hec firmos ad dona gradus paschalia ducit.
Hec in carmen erit; mentes huc vertite cuncti
Hanc constanter opem lesis adhibete medullis.
Quos letale malum quos vanis dedita curis
Attica cicropei serpit doctrina veneni.
Sectantesque magis vitam spirantis odorem

Legis Athenaeae fetorem linquite pigri;
Quid Laberintheo Thesidae erratis in antro,
Caecaque Dedalei lustratis limina tecti?
Labruscam placidis quid adhuc portatis in uvis,
Neglectisque rosis saliunca sumitis agri?
Quid lapides atque aera coli, quid fana profanis
Moribus et mutas animas damnare metallis,
Aspera pulvereis squalentia iugera campis
Et steriles habitare plagas, ubi gignere fructum
Arida nescit humus, nec de tellure cruenta
Lurida mortiferis vellatis toxica sucis,
Tartareis damnata cibis? sed amoena virecta
Florentum semper nemorum sedesque beatas
Per latices intrate pios, ubi semina vitae
Divinis animantur aquis et fonte superno
Laetificata seges spinis mundatur ademptis,
Ut messis queat esse Dei mereatque futurae
Maxima centenum cumulare in horrea fructum.

Incipit deprecatio Sedulii

Omnipotens aeterne Deus, spes unica mundi,
Qui caeli fabricator ades, qui conditor orbis,
Qui maris undisonas fluctu surgente procellas
Mergere vicine prohibes confinia terrae,
Qui solem radiis et lunam cornibus imples,
Inque diem et noctem lumen concedis utrumque,
Qui stellas numeris, quarum tu nomina solus,
Signa, potestates, cursus, loca, tempora nosti,
Qui diversa novam formasti in corpora terram,
Serpentumque solo universa membra dedisti,
Qui peritura hominem vetiti dulcedine pomi
Instauras meliore cibo potuque sacrato,
Sanguinis infusum depellis ab ore venenum

absconderat
Qui genus humanum ꝑterquos clauserat arca
mortuū
Diluuii rapida spumantis mole sepultum
de semine · diuina
Unatterū de stirpe creas. ut mistica uirtus
reficiant
Quod carnis delicta necant hoc ꝓsule ligno
restaurari
Monstrar& liquidas renouari posse ꝑundas
purgas · humanū genꝰ
Totum namq: lauas uno baptismate mundū.
Pande salutarem paucos quae ducit inurbē.
Angusto in calle uiā. uerbiq: lucernam
Da pedib: lucere meis. ut semita uitae
Adcaulas meruris agat. qua seruat amoenū
ante ions
Pastor ouile bonꝰ. qua uellere ꝑuius albo
inmaculatꝰ
Uirginis agnus ouis grexq: omis candidꝰus intrat;
Te duce difficilis ñ est uia; subditur omis
Impiis natura tuis rituq: soluto.
icontrarias
Transit inaduersas iussu dominante figuras;
Siubeas medius segetes arere pruinis
Messorē ꝑducit hiemps. si currere mustū.
Uernali subsole uelis florentib: aruis
calcatas · uinee custos
Sordidus impressas calcabit uinitor uuas
Cunctaq: diuinis parebūt tēpora dictis;
signo · antiq
Indicio ē antiqua fides. & cana prioꝝ
ꝑgenies · de lenda · sctm
Testis origo patrū nullisq: abolenda ꝑeuum
Temporib: constant uirtutū signa tuarū;
breuit scribe
Exquib: audaci ꝑstringere pauca relatu
apta
Uix animis committo meis; siluamq: patentē.
Ingrediens aliquos nitor cōtingere ramos.;
Nam centū licet hora mouens uox ferrea clam&
pulmone · suspirar&
Centenosq: sonos humanū pectus anhel&
s. miracula · enarrar&
Cuncta quis expediat quoꝝ nec lucida celi
bibulus l. s dr̄ multū bibns
Sidera nec bibule numeris equantē arene.;
INCIPIT LIBER VETERIS TESTAMENTI

Cambridge University Library
Licensed under Creative Commons Attribution-NonCommercial 4.0 Unported License (CC BY-NC 4.0)

PRIMUS AB USQUE CHAO MERITIS UIUACIB: ENOCH.
Multa p innumeros uitā secta contigit annos.
Natura pdente modū; quē iure creandi.
Terra tulit genitū. sed mors eurat ademptū, De Abrahā & Sarra.
Saucia iam uetule marcebant uiscera sare.
Grandeuo consumpta situ; ptemq: negabat
Frigidus annoso moriens incorpore sanguis
Cū seniore uiro gelidi pcordia uentris
Inpartū tum uere nouū; tremebundaq: mat
Algentes onerata sinus spē gentis opime.
Edidit; & serū suspendit adubera natum
Mactandūq: dō pat obtulit, at sacer ipsum
Propueri iugulis aries mactatur adaram
Ousti mens scā initi pietate remota.
Plus pietatis habens, contempsit uulnera nati
Amplexus pcepta dī; tipiciq: cruoris
Auxilio uentura docet; q sanguine fuso
Humana pgente prius occumberet agnus; De uxore loth.
Loth sodomis fugiente chaos dū respicit uxor
Instatuam mutata salis stupefacta remansit
Adpoenā conuersa suā; quia nemo retrorsum
Noxia contemplatus discriminis mundi,
Aspiciens saluandus erit; nec debet arator
Dignū opus exercens uultum insua tga referre; De rubo ardente.
Ignib: innocuis flagrans apparuit olim
Non ardens ardere rub:; nec iuncta calori
Materies alimenta dabat; nec torrida uiuens
Sensit dampna frutex; sed amica fomitis aestu
Frondea blandite lambebant robora flamme.; De uirga in dracone uersa.
Mitis inimmitē uirga ē animata draconē
Per flexos sinuata globos linguisq: trisulcis

inflans
Squamea colla tumens inimicos ore chelidros

De siccato mare

Sorbuit & proprii rediit in uirgulta rigoris;
aperta fuerunt — maris
Pertima diuisi patuerunt cerula ponti
replicata
Ingeminum reuoluta latus; nudataq; tellus
Cognatis spoliator aquis; at turba pedestris
recedentis
Mirat in absentis pelagi mare; per q; profundum
mirati fuerunt
Sicca peregrinas stupuerunt marmora plantas
modum
Mutauit natura uiam; mediumq; pequor
noui — portabat
Ingrediens populus rude iam baptisma gerebat
Cui dux xps erat; clamat nam lectio multas
eminet — certe
Uox dni super extat aquas; uox denique uerbum
ueteris ac noui testamenti concordantia
Uerbum xps adest; geminae qui consona legis
Testamenta regens ueterem pace fecit abissum.
ambularet
Ut doctrina sequens planis incederet aruis;

De manna celi dato

manna — multitudines populi
Quid referam innumeras celesti pane cateruas.
Angelicos sumpsisse cibos. nimbisq; supini
Nectaris aerea populum dulcedine pastum.
carnes
Inpluuiis habuisse dapes. & imbribus escas;

De productione aque de petra

aridis terris
Rursus in exustis sitiens exercitus aruis.
se erant
Qua nimium loca sicca diu. qua terra negatis
ubi
Aegra iacebat aquis. qua spes ablata bibendi.
arida — petra
Uiuendiq; fuit. subitas arente metallo
fons
Hausit aquas; steriliq; latex de rupe manauit.
petre — t potum
Et ieiuna nouum sumpserunt marmora pontum.
Hic igitur iam sacra tribus dans munera rebus.
manna — unda latex — baptismo
Xps erat panis. xps petra. xps in undis.

De locutione asellae balaam

i. allo quitur
Angelicis treme facta minis. affatur asella
balaam
Sessorem per uerba suum; linguaq; rudenti
figurauit — brutum
Edidit humanas animal pecuale loquelas.

De statione solis sub iesu naue

terra
Sol stetit ad gabaon. medioq; cacumine celi
elongato
Fixit anhelantem dilato uespere lucem.

Insolitus frenare diem, nec luna cucurrit.
Ordine pigra suo, donec populantibus armis
Feruidus ingentem gladius consumeret hostem.
Coniurante polo; iam tunc famulata uidebant
Sidera uenturum promisso nomine ihesum.

De helia pasto

Heliam corui quondam pauere ministri.
Praebentes sine more dapes, alesque rapinis.
Dedita atque auido saturans caua guttura rostro
Tradidit inlesam ieiunis morsibus escam.
Nunc bonus heliae qui perfidus ante noe.
Abluit interius quicquid deliquid mundus.
Plenus et ille deo. postquam miracula terris
Plura dedit. meritisque suis succedere dignum
Heredem propriae fecit uirtutis amicum.
Aurea flammigeris euectus in astra quadrigis.
Qua leuis aereos non exprimit orbita sulcos.
Sidereum penetrauit iter; currusque coruscum
Dexteriore spatio maiore triumphum
Duxit. et humani metam non attigit aeui.
Quam bene fulminei praelucens semita caeli
Conuenit heliae, merito qui et nomine fulgens
Hac ope dignus erat; nam si sermonis achiui
Una per accentum mutetur littera. sol est.

De ezechia

Ultima labentis miseratus tempora lucis.
Ter quinos quondam regi deus addidit annos
Usus iure suo, pater et factaque limina claudens
Mortis. ab occasu uitam conuertit in ortum.

De iona

Ionas puppe cadens. ceto sorbente uoratus.
In pelago non sensit aquas, uitale sepulchrum
Ne moreretur habens, tutusque inuenit ferinos
Depositum non praeda furit, uastumque per aequor

Venit ad ignotas inimico remige terras.

De tribus pueris

Cum inspirante deo babilonia sacra negarent
Tres una tum mente uiri duriumque subirent
Exitium saeui chaldea lege tiranni.
Cuius achimenium rabies accenderat iram
Plus fornace sua medios traduntur in ignes.
Nil urente rogo tantoque ardore calentes
Corde sed imagineae uincunt incendia poenae
Igne animi, o quanta est credentum gloria, flammis
Ardentis fidei restincta est flamma camini.

De nabuchodonosor in boue conuerso

Digna sed inmitem mox perculit ultio regem.
Nam quod ab humana uecors pietate recessit.
Agrestes pecudum consors fuit ille per herbas.
Aulica depasto mutans conuiuia foeno.
Pronus ab amne bibit, septenaque tempora lustrat.
Omnibus hirsutus siluis et montibus errans.

De danihele custodito a leonibus

Nec minus et dariu feruerunt iussa tiranni.
Hebreumque decus danihel decernitur insons
Ieiunis cibus esse feris, sed belua iusto
Mitis facta uiro, sanctos ne lederet artus
Coepit amare famem, rabies mollita furorem
Deposuit, saeuisque in faucibus ira quieuit.
Et didicere truces praedam seruare leones.

De mirabilis supra dictis

Dic ubi sunt natura tuae post talia leges.
Quis totiens tibi iura tulit, qui tartara iussit
Translatum nescire uirum, sterilemque marito
Fecundauit anum, sacra praecepit ad aram
Sponte uenire pecus, muliebres transtulit artus
In simulacra salis, ramos incendere passos
Non ardere dedit, uirgultum soluit in anguem,
Per pelagus siccauit iter, mirabile in undis.

9A
57

Manna pluit, saxo latices produxit ab imo;
Quadrupedem fari plano sermone coegit;
Suspensis rapidas elementis distulit horas.
Per uolucres hominem pasci dedit. atque coruscis
In caelum transuexit equis; iam morte grauato
Addidit tria lustra uiro; predonis in ore
Naufrago fundauit opem; flagrante camino.
Seruauit sub rore pios; per pascua regem.
Pauit ut irsutum pecudem; rictusque leonum
Instimulante fame iussit nescire furorem.
Nempe creatori cuius que cumque uidentur.
Seu que cumque latent. & rerum machina sermo est.
Omne suum famulatur opus. sequiturque iubentis
Imperium. quo cumque trahit sententia nutu. *De diuersis heresibus.*
Heu miseri qui fana colunt. qui corde sinistro
Religiosa sibi sculpunt simulacra. suumque
Factorem fugiunt. & que fecere uerentur;
Quis furor est. que tanta animos dementia ludit.
Ut uolucrem turpemque bouem. tortumque draconem
Semihominemque canem supplex homo prelenus adoret.
Ast alii solem cecatis mentibus acti *De eo qui solem fingunt patrem esse*
Adfirmant rerum esse patrem. quia rite uidetur
Clara serenatis infundere lumina terris.
Et totum lustrare polum; cum constet ab ipsis
Motibus instabilem rapidis discursibus ignem.
Officium non esse dominum. quinque ordine certo
Nunc oritur. nunc occiduas demissus moras.
Partitur cum nocte uices. nec semper ubique est.
Nec lumen fuit ille manens in origine mundi.
Cum gemineum sine sole diem nouus orbis haberet.
Sic lune quoque uota ferunt. quia crescere cernunt.

De hoc quod fontem colunt & alii ignem

Ac mundi stellisq; litant que luce fugantur;
Hic laticem colit. ille larem. sed iungere sacris
Non audent inimica suis. ne lite propinqua
Aut rogus exiguas desiccet fortior undas.
Aut validis tenues moriantur fontib; ignes;

De hoc quod arbores colunt

Arboreis alius ponit radicib; aras.
Instituitq; dapes. & ramos flebilis orat.
Ut natos caramq; domu dilectaq; rura.
Coniugiiq; fidem. famulos. censumq; gubernent;
Ligneae ligna rogas. surdis clamare videris.
Amitas responsa petis. quae iura domorum
Hac ratione regunt. si cesa securib; actas
Ardua pendentis sustentent culmina tecti.
Aut subiecta focis dapib; famulantur edendis.

De hoc quod alii olera colunt

Nonnulli venerantur holus. mollesq; per hortos
Numina sicca rigant. veriq; hac arte viderit.

De hoc quod

Transplantatum cultores esse deorum;

De hoc quod satis videtur

Plura referre pudet. scoq; in carmine longum est.
Vel dampna nefas. ne mollia sentib; urant
Lilia. purpurei neu pervolaria campi.
Carduus & spinis surgat paliurus acutis;
Iam satis humanis errorib; addita monstra
Risimus. aut potius tales defleuimus actus;

De hoc quod delectat

Nunc ceptam iuvat ire viam montemq; palatum.
Nitentes firmare gradus. properemus in urbem.
Libertatis opem radians ubi regia fulvis
Emicat aula tolis ubi digna petenti.
Queretti spes certa manet. claustrisq; remotis
Pervia pulsanti reserantur limina cordi;
Hic est ille lapis reprobus. que vertice gestat
Angulus. atq; oculis probet miracula nostris.

Cuius onus leue est cuius iuga ferre suaue ē.,

De trinitate & unitate

Perdigesta prius ueteris miracula legis
Recolimus. sci coniuncto sps actu.
Que genitor socia nati uirtute pegit;
Perdigesta rudis nec non miracula legis
Dicemus. sci coniuncto sps actu.
Que natus socia patris uirtute pegit.,
Semp ut una manens deitatis forma phennis
Quod simplex triplic& quodq: ÷ triplicabile simpl&.,

De arrio & sabellio.

Hec est uera fides. hanc spreuit habere salutem
Arrius infelix. qui curua peruia rectum
Flectere nisus iter. foueam delapsus inatram
Corruit. & tetri mersus petit ima profundi.
Tam uacuus sensu. iustae quam tempore poenae
Uisceribus fusis uacuus quoq: uentre remansit.
Demens. perpetui qui non imitanda parentis
Iura caducorum gradibus similauit honorum.,
Namq: homines inter. natum genitore minorem
Lex carnalis habet. quoniam pater ipse parentis
Filius ante fuit. mox & qui filius est nunc.
Afforet esse pater., sic per genus omne nepotum
It noua progenies. & aui numerantur auorum.,
At dominus uerbum. uirtus. sapientia. xpistus.
Et totum commune patris de lumine lumen.
De solo solus. cui nec minus est patre quicquam.
Nec quo crescat habet. genitus non quippe creatus.
Ipse est principium., nam sicut clarus habetur
Ingenitore manens. genitor quoq: clarus inipso
Permanet., & rerum caput est deus unus ubiq:.,
Non quia qui summus pater est & filius hic est.
Sed quia quod summus pater est. & filius hoc est.,

Sic ait ipse docens: ego in patre et pater in me est.
Rursus. ego atque pater. unum sumus. arrius unum
Debet scire. sumusque sabellius esse fatendum.
Iste fidem ternam. ast hic non amplectitur unam.
Ambo errore pares. quamquam diversa sequantur:
Qualiter assueti varias producere sectas.
Inpugnant sua dicta viri. qui brachia nudis
Ostendunt exerta humeris. nil tradere docti
Sed tantum certare cati. prudentia quorum
Stulta iacet. quia vana deo est sapientia mundi.
Hic loquitur nimis. ille tacet. hic ambulat hic stat.
Alter amat fletus. alter crispare cachinnum.
Diversisque modis par est vesania cunctis.

De signo crucis

Interea dum rite viam sermone levamus.
Spesque fidesque meum comitantur in ardua gressum:
Blandius ad summam tandem pervenimus arcem.
En signo sacrata crucis vexilla corustant.
En regis pia castra micant. tuba clamat herilis.
Militibus sua porta patet. qui militat intrat.
Ianua vos aeterna vocat. que ianua xpistus.
Aurea perpetuae capietis praemia vitae.
Arma quibus domini tota virtute geruntur.
Et fixum est in fronte decus. decus armaque porto.
Militiaeque tuae bone rex pars ultima resto.
Hic propriae sedis. huius mihi moenibus urbis
Exiguam concede domum. tuus incola scis
Ut merear habitare locis. alboque beati
Ordinis extremus conscribi in saecula civis.
Grandia posco quidem. sed tu dare grandia nosti.
Quem magis offendit. quisquis sperando tepescit.
Xpiste fave votis qui mundum in morte iacentem

Unificare uolens quondam terrena peristi.
Caelicus humanam dignatus sumere carnem.
portans · regni t sceptri iura
Sic aliena gerens ut nec sua linquere nollet.

Explicit de ueteri testamento. Incipit de IIII euangelistis. Matheo. Marco. Luca. Iohanne. Prologus.

gerens t scribens · dicat
Hoc Matheus agens hominem generaliter implet.
resonat
Marcus ut alta fremit uox per deserta leonis.
aspectu uituli
Iura sacerdotii Lucas tenet ore iuuenci.
More uolans aquilæ uerbo petit astra Iohannes.
s. sunt · principes
Quattuor hi proceres una te uoce canentes.
dilatantur
Tempora ceu totidem latum sparguntur in orbem.
sic · XII · sunt menses anni et XII · horæ diei · ita · XII · apostoli ·
Sic et apostolici semper duodenus honoris.
sublimitas
Fulget apex numero menses imitatus et horas.
ut omnis creatura deo seruiat
Omnibus ut rebus totus tibi militet annus.
abitio libri sequentis · narrans · primordia peccati
Hinc igitur ueteris recolens exordia mortis.
ad scribendum euangelium · seminando
Aduitam properabo nouam, lacrimasque serendo.
praeclara carmina colligam
Gaudia longa metam, nam qui deflemus in adam.
Semina maerentes mox exultabimus omnes.
Portantes nostros Christo uenienti manipulos. Incipit

Lib. prim. in nouo testamento. De peccato primi hominis

eiecerat t eliminauerat · crudelissimus · diabolus
Expulerat primogenitum saeuissimus anguis
de paradiso
Florigera de sede uirum. blandique saporis
uoluptatibus · mortem
Inlecebris tectum misero potabat amarum.
debitam
Nec solus meritam præsumptor senserat iram.
Mortali sub lege iacens. sed prorsus ab ipso
dolet peccata de culpa mulieris
Humanum simul omne genus, heu noxia coniunx.
nociua s. fuisti ne · i · fraudulentus et dr quasi perdens fidem
Noxia tu coniunx magis. an draco perfidus ille.
s. fuit
Perfidus ille draco. sed tu quoque noxia coniunx.
interiectio dolentis est
Pro dolor aeterni fuerant duo. crescere postquam
generatio perit · mortem · ab origine adam
Coepit origo perit. cladem que a femine sumpsit,
annis plena
Quid numerosa dies. quid tempore proderat illo

uiuere ł uidere
Cernere non ĝenitos ultra felicitē annos.
uidere
Progenieniq: senum decimā spectare nepotū.
supata ultima.
Iamq: suū nescire genus. cū uictu suppmis
dieb: mar
Cursib: extremae sors inreparabilis horae
tarde
Sera lic& uentura for&. longumq: peuū
s. p̄perat
Uitā breuis nihil ēē diu. cū fine doleret
redaucē ł reuertentē
Hec reducē spes ferr& opē. primiq: sepulchrū
obscur deber& uoragine
Terigene. ceca sorber& fauce nepotes
ꝑmisi artator ł seminator parat ł uoluntariis
Hi prius ille sator culpas ignoscere pinpcus.
tardius s. homo
Reddere difficilis. sua ne factura pir&.
Queq: dō similis uiuens astabat imago.
Dissimilis de morte for&. uenale misertus.
eradicer& immaturis
Instaurar& opus. pomisq: uetar& acerbis
obstupescere
Que mandere patres. natoꝝ horrescere dentes.
electis
Donar&q: suis semper placatus. ut unde
dedit
Culpa dar& mortē. pietas dar& inde salutē;
sic mollis rosa surgit exacutis spinis ita scā maria nata fuit ex
ł uelut e spinis mollis rosa surgit acutis. peccatorib: .i. ex stirpe aeue.
coopt ł obumbrauit
Nil q. ledat habens. matremq: obscurit honore.
Sic eue de stirpe sacra ueniente maria.
mundaret
Uirginis antique facinus noua uirgo piar&.
Ut tum natura prior uitiata iacebat
sub potestate mortis
Subdicione necis. xp̄o nascente renasci
De ceptu beate marię
Poss& homo. & ueteris maculā deponere carnis;
antiqui
Hec uentura senes postquam dixere pphetę.
dat nuntiauit festinate
Angls uitacte cecinit pperatte marię
s. est
Et dicti comitata fides, uterumq: puellę
Sidereum mox impl& bonus. rerumq: creator
ł plenos
Nascendi sub lege fuit. stup& innuba tensos
De partu beatae mariae
Uirgo sinus; gaud&q: suū partura parentē;
transactis ł decursis de principio ł de ingressu
Iamq: nouem lapsis decimi de limine msis.
foecunda
Fulgebat sacrata dies; cū uirgine foeta

Promissũ cõmpleuit opus. uerbũ caro factum.
Inhabitare uolens; tunc maximus infans.
Intemerata sui conseruans uiscera, templi
Inlesum uacuauit iter. prouirgine testis.
Partus adest. clausa ingrediens. & clausa relinquens.
Que noua lux mundo. que toto gr̃a celo
Quis fuit ille nitor. marię cũ xp̃s abaluo.
Processit splendore nouo. uelut ipse decoro.
Sponsus ouans thalamo. forma speciosus amoena.
Pre natis hominũ. cuius radiante figura.
Blandior inlabiis diffusa est gr̃a pulchris.
O facilis pietas. ne nos seruile teneret
Peccato dominante iugũ. seruilia summus.
Membra tulit dñs. primiq: aborigine mundi
Omnia qui pprius uestit nascentia donis.
Obsitus exiguis habuit uelamina pannis;
Quęq: procellosi non mobilis unda pfundi.
Terrarũ non omne solum. spatiosaq: lata
Hon capit aula poli. puerili incorpore plenus
Mansit. & angusto dĩ in presepe quieuit;
Salue sc̃a parens. enixa puerpera regem.
Qui celum terraq: tenet. persecula cuius
Numen. & aeterno complectens omnia giro.
Imperium sine fine manet. quę uentre beato
Gaudia matris habens cum uirginitatis honore.
Nec primã similẽ uisa es. nec habere sequentẽ.
Sola sine exemplo placuisti femina xp̃o;
Tunc pius ignaris pastorib: ille creator
Enituit. quia pastor erat. gregib:q: refulsit
Agnus. & angelicus cecinit miracula coetus.
Talia bethleis dum signa geruntur in oris

Cambridge University Library
Licensed under Creative Commons Attribution-NonCommercial 4.0 Unported License (CC BY-NC 4.0)

Ecce uenere magi. seuumq; tirannum
Grandia sollicitis perturbant nuntia dictis.
Iudaicis nuper populis orientis ab axe
Progenitu fulsisse ducem. hoc celitus astra.
Hoc stellā radiare nouā; ferus arbiter aule
Aestuat hebreae. ratus hunc succedere posse
Mox sibimet. qui primus, tunc fronte serena
Hubila mentis alens. clam mandat ubiq; requiri.
Sicut adorandum. quem tractat fraude necandū;
Quid furis herodes. xpm sermone fateris.
Et sensu iugulare cupis. legemq; legendo
Hegligis. & regi regum tua regna minaris.;
He tamen insano careant tua numina facto
Patrandum sub honore crucis. sed crimine gentis.
herodes alius quod tu molire uidebis

Ergo alacres summo seruabant lumina caelo
Fixa magi. sidusq; micans regale secuti.
Optatā tenuere uiam. que lege futura
Duxit adorantes sacra ad cunabula gentes;
Thesaurisq; simul pro religione solutis.
Ipsē etiam ut possent species ostendere xpm.
Aurea nascenti fuderunt munera regi.
Tura dedere deo. mirram tribuere sepulchro;
Cur tria dona tamen. quin spes maxima uite ē.
hunc numerū confessa fides; & tempora summus
Cernens cuncta ds. presentia. prisca. futura.
Semper adest. semperq; fuit. semperq; manebit.
In triplici uirtute sui; tunc celitus illi
Per somnū moniti contempnere iussa tiranni.
Per loca mutati gradientes deuia callis.
In patriam rediere suam; sic nos quoq; scām

61

Si cupimus patriam tandem contingere, postquã
Venimus ad xpm. iam non repetamus iniquum.

Ergo ubi delusum se comperit impius. iram — De nece parvulorum
Rex aperit. si iure queat rex ille uocari.
Qui pietate caret. ppriaq; non regit iram.
Et reputumq; gemens facinus sibi. ceu leo frendens.
Cuius ab ore tener subito cum labitur agnus
Inmodicum mouet arma gregem. manditq; trahitq;
Molle pecus, trepideq; uocant sua pignora foetae
Nequiquam. & uacuas implent balatib: auras.
Haud secus herodes xpo stimulatus adempto.
Sternere conlisas paruorũ strage cateruas
Inmeritam non cessat atrox, quo crimine simplex
Turba perit? cur qui uix dũ potuere creari.
Iam meruere mori? Furor est in rege cruento
Non ratio primosq; necans uagitus & audens
Innumerum patrare nefas. puerilia mactat
Milia. plangoremq; dedit tot matrib: unũ,
Hec laceros crines nudato uertice rupit.
Illa genas secuit. nudum ferit altera pugnis
Pectus. & infelix mater. nec iam modo mater.
Orba super gelidum frustra premit ubera natũ.
Quis tibi tunc lamio cernenti talia sensus.
Quosue dabas fremitus. cum uulnera feruere late
Prospiceres arce ex sũma. uastumq; uideres
Misceri ante oculos tantis plangorib: aequor.
Extinctisq; tamen quamuis infantib: absens.
Presens xps erat. qui sca pericula semper
Suscipit. & poenas aliena in corpore sentit.

At ubi bis senos aetatis contigit annos — Ubi dñs xii an in templo docebat
Hoc spatium de carne trahens. aeuiq; meatus

Humana pro parte tulit. senioribus esse
Corde uidebatur senior. legisque magistros — Ubi baptizatur xps.
Inter. ut emeritus residebat iure magister.
Nec mora. quas & enim uolitans p tempora mundus
Nouit habere moras. usus maiore iuuenta.
Sex quasi lustra gerens placidam iordanis ad undam.
Uenit. ut acciperet. hoc quod dare uenerat ipse.
Hunc baptista potens ut uidit a bamne iohs.
Quem matris dum uentre latet nondumque creatus
Senserat obstruso iam tunc sermone pphetes.
Ut muto genitore fluens. cui munera lingue
Post noni taciturna diu spiramina mensis
Partu redduntur nato. mox predicat; agnus
Ecce dei ueniens. peccatum tollere mundi
Tollere cum dicit. quod non habet hoc mihi tollit.
Non mala ut ipse gerat. sed ut ipse nocentia pdat;
Qualiter in medias cum lux pclara tenebras
Funditur. & proprio non obfuscata sereno.
Discutit expulsas inlesis uultibus umbras.
Sic delicta fugans saluator nra gerendo.
Tersit. & attactu procul euanescere iussit.
Tunc uada torrentum simplex ingressus aquarum.
Ipse cuncta lauit. nre contagia uite.
Ipse nihil quod pdat habens; scoque liquentes
Corpore mundauit latices. limphasque beauit
Gurgitis. & propriis sacrauit flumina membris;
Senserunt elementa dnm. mare fugit. & ipse
Iordanis refluas cursum conuertit in undas;
Hanc que propheta canens quid nam est mare quod fugis nq;
Et tu iordanis retro quare subtrahis amnem;
Ergo ubi fluminei post mistica dona lauacri

Cambridge University Library
Licensed under Creative Commons Attribution-NonCommercial 4.0 Unported License (CC BY-NC 4.0)

harene dicitur ab ariditate

Egrediens siccas dns calcauit arenas
Confestim patuere poli, scsq: columbe
Sps in specie xpm uestiuit honore
Mansuetumq: doc& multumq: incedere mite
Peruolucrem que felle car&; natoq: uocato
Voce patris triplici ds exratione probatur
Quod pater & natus. quod sps est ibi scs;
Quo man& indignus qui non honorauerit unu;
Inde quaterdenis iam noctib: atq: dieb: De ieiunio
Ieiunum dapib: sacro spiramine plenu. xl. dieru
Insidiis temptator adit. doctusq: per artem
Fallaces offerre dapes si filius inquid
Cerneris esse dei dic ut lapis iste repente
In panis uertatur opem, miracula tamquam
Hæc eadem non semp agat. qui saxea terre
Viscera frugiferis animans fecundat aristis.
Vt panem de cautte creat, hac ergo repulsus
Voce prius. hominem non solo uiuere pane
Sed cuncto sermone dei. labe factus & amens.
Altera uipereis instaurans arma uenenis
Cum dno montana petit; cunctasq: p orbem
Regnor monstrauit opes. hec omnia dicens
Me tribuente feres si me prostratus adores;
Quantum puersus tantum puersa locutus;
Scilic& ut fragiles regni affectaret honores
Qui populis aeterna parat; monstrumq: nefandu
Pronus adorar&. cuius sup aethera sedes.
Terra pedum locus est. quem nullus cernit. & omis
Laudat in excelsis summissa uoce potestas;
Xps ad hec; tantum dnm scriptura dinq:
Iussit adorari. & soli famulariter uni;

His quoque deficiens congressibus audet iniquus
Ter sese attollens animo praestare superbo
Ter que uolutus humo fragili confidere bello
Tunc adsumpsit eum sanctam sceleratus in urbem
Et statuens alti supra fastigia templi
Si natum genitore deo te te asseris inquid
Impiger e summo demissus labere tecto
Nam scriptura docet de te mandasse tonantem
Angelicis subuectus eas ut tutior ulnis
Ad lapidem ne forte pedem conlidere possis
O quam ceca gerit nigro sub pectore corda
Mens tenebris obscura suis; hunc ardua templi
Culmina et erectae quamuis fastigia pinnae
Credidit in praeceps horrescere maxima summi
Curuauit qui membra poli caelosque per omnes
Vectus in extremae descendit humillima terrae
Inferiora petens et non excelsa relinquens
Dixerat et ualidi confossus cuspide uerbi
Quod temptare suum dominum dominique nequiret
Victoris fugit ora gemens; tunc hoste repulso
Caelicolae assistunt proceres coetusque micantes
Angelici Christo famulantur rite ministri.

Ubi expiscatoribus fecit discipulos

Protinus ergo uiros expiscatoribus aptos
Humanas piscari animas quae lubrica mundi
Gaudia sectantes tamquam uaga cerula ponti
Caecaque praecipites tranant incerta profundi
Discipulos iubet esse suos; talesque supernae
Conciliat uitae quos non uentosa loquendi
Gloria nec uana de nobilitate superbus
Sanguis alat sed fama tacens humilisque refulgens
Mentis nitor caelo faciat de plebe propinquos;

Nam que stulta potens elegit & infima mundi.
Fortia confringens deus & sapientia perdens.
Quinetiam celerem cupiens conferre salutem.
Orandi precepta dedit iudexque benignus.
Indulgenda peti breuiter iubet ut cito prestet.
Sic dicens. orate patrem baptismate nostrum.
Iure suum propriumque homini concessit honorem.
Et quod solus habet cunctos permisit habere. Pater noster qui es in celis.
Qui dominum patrem celi memoramus in ipso.
Iam fratres nos esse decet, nec origine carnis
Germanum tractare odium. sed spiritus igne
Flagrantes abolere doli monimenta uetusti.
Atque nouum gestare hominem. ne forsan ab alto
Degenerent terrena deo. cui nos duce christo.
Fecit adoptiuos caelestis gratia natos. Sanctificetur nomen tuum.
Sanctificetur ubi dominus. qui cuncta creando
Sanctificat. nisi corde pio. nisi pectore casto.
Ut mereamur eum nos sanctificare colendo.
Annuat ipse prior. sicut benedicier idem
Se iubet a nobis. a quo benedicimur omnes. Adueniat regnum
Adueniat regnum iam iamque scilicet illud tuum
A morte uacans & fine carens. cui nulla per euum
Tempora succedunt. quia nescit tempus habere
Continuus sine nocte dies. ubi principe christo
Nobile perpetua caput amplectente corona.
Uictor opima ferens gaudebit praemia miles. Fiat uoluntas
Hoc iugibus precibus hoc nocte dieque precemur. tua
Illius ut fiat caelo terraque uoluntas.
Qui nusquam uult esse nefas. hostemque malignum
Utque polo sic pellat humo. ne corpora nostra
Tamquam uile solum. saeuus sibi uendicet ydrus.

Cambridge University Library
Licensed under Creative Commons Attribution-NonCommercial 4.0 Unported License (CC BY-NC 4.0)

Sed qui cuncta fouet plena pietate redundans.
Omnipotens animas pariter conseruet & artus.
Altera pars & enim caeli sumus. altera terrae.
Annonam fidei speremus pane diurno — Panem nostrum cotidianum da nobis hodie.
Amens ne nostra famem doctrinae sentiat umquam.
A xpo ieiuna suo. qui corpore & ore
Nos saturat. simul ipse manens uerbumque cibusque.
Dulcia nam domini nostris in faucibus herent
Eloquia. exsuperantque fauos atque omnia mella. — & dimitte nobis debita nostra.
Debita laxari qui nobis cuncta rogamus.
Nos quoque laxemus. proprii nam cautio uerbi
Spondentes manifesta tenet. grauiusque soluti
Nectimur. alterius si soluere uincla negamus.
Incipietque pius decies millena talenta
Dimittens dominus. si nos affligere propter
Denarios centum conseruum senserit ullum.
Tradere confestim tortoribus. inque feroci
Carcere constricti non permittemur abire.
Donec cuncta breuem reddamus adusque quadrantem. — & ne nos inducas in temptationem.
Nonquia nos lucis dominus uia semita pacis
In laqueos temptantis agat. sed cum mala nostra.
Deserit. ire sinit. nam quisquis retia mundi
Deliciosa sequens luxus & gaudia blandae
Perditionis amat. deus hunc uirtutis amator
Linquit. & ingreditur qua se temptatio ducit.
Abhac ergo pedem retro faciamus. & artum
Corde petamus iter. tenuis qua semita monstrat — Sed libera nos a malo
Ire. per angustam regna ad caelestia portam.
Si cupimus uitare malum. debemus adire.
Sectarique bonum. hic quia liberat. ille trucidat.
Hic alit. ille necat. nam quantum sidera terris.

Cambridge University Library
Licensed under Creative Commons Attribution-NonCommercial 4.0 Unported License (CC BY-NC 4.0)

Ignis aquis. lumen tenebris. concordia bellis.
Uita sepulturis. tantum bona longius absunt
Dissociata malis. dextrum qui cumq: necesse est.
Aut leuum gradiatur iter; sed dextra bonorum
Semita conspicuos uocat in sua gaudia iustos.
Inq: auos patriarcha sinus; at leua malorum
Exercet poenas & adimpia tartara ducit.
Ergo agnis ouib: q: di est haec sola uoluntas
Et bona libertas euadere torua cruenti
Ora lupi. utraq: frui p pascua xpi. FINIT LIB. I.

INCIPIT SECUNDUS. UBI DNS IN CONUIUIIS AQUAM CONUERTIT IN UINUM :~

Prima sue dns thalamis dignatus adesse.
Uirtutis documenta dedit, conuiuaq: presens
Pascere non pasci ueniens. mutabile fusas
In uinum conuertit aquas; amittere gaudent
Pallorem latices; mutauit leta saporem
Unda suum largita merum; mensasq: p omnes
Dulcia nonnato rubuerunt pocula musto;
Impleuit sex ergo lacus hoc nectare xps;
Quippe ferax qui uitis erat. uirtute colona
Omnia fructificans; cuius sub tegmine blando
Uitis inocciduas enutrit pampinus uuas.

De filio reguli

Post regulus nato quidã moriente rogabat
Flebilis & supplex dnm. quo uiser& aegrum
Febre laborante puerum. trepidamq: uetar&
Labi animã desede sua; tunc larga potestas
Credenti que nulla negat. nec dona retardat
Uelocem comitata fidem. sermone salutem
Concedens, facili. uiuit iam filius inquid
Perge tuus, quantum imperii fert iussio xpi.

Nondixit moriturus erit sed iam quia uiuit
More dei qui cuncta priusquam nata uidendo
Preteritum cernit quicquid uult ee futurum
Inde salutiferis incedens gressib: urbem
Oppida rura casas uicos castella pagrans
Omnia depulsis sanabat corpora morbis
Ecce autem medię clamans exagmine turbę
Leprosus poscebat opem; uariosq: partus
Plus candore miser. si uis dne inquit abistis
Me maculis mundare potes; uolo xps ut inquit
Confestim redit una cutis; pprioq: decore
Integra pegrina mutarunt membra figura
Inq: suo magis est uix agnitus ille colore.
Forte petri ualide torrebat lampadis aestu
Febris anhela socrum & dubioq: infun ere pendens
Saucia subgelidis ardebat uita periclis
Inmensusq: calor frigus loetale coquebat;
At postquam fessos dni manus attigit artus
Igneus ardor abit; totisq: extincta medullis
Fonte latentis aque cedit uiolentia flammae;
Quinetiā rabidas nigrorum depulit iras
Spirituum ne flatus atrox lacerar& iniqua
Peste homines operisq: dei uexar& honorem
Quem norat nonesse dei; passimq: cateruas
Ut pius innumeras pulso languore saluti
Reddidit; & uaria poplos aclade leuauit
Inde marina petens arentes gressib: algas
Pressit & exiguae conscendens robora cimbae
Aequoreas intrauit aquas; dnmq: sequentes
Discipuli placido librabant carbasa ponto;
Iam pcul aterris fuerat ratis actaq: flabris

67 / 65

Sulcabat medium puppis secura profundum.
Cum subito fera surgit hiems. pelagusq; pfundo
Vertitur, & trepidā quatiunt uada salsa carinā
Perculerat formido animos, se seq; putabant
Naufraga litoreis iam tendere brachia saxis.
Ipse autem placidum carpebit pectore somnū;
Maiestate uigil; quia non dormitat in aeuum.
Qui regit isrt. neq; prorsus dormit & umquam;
Ergo ubi pulsa quies cunctis lacrimantib; una
Voce simul. miserere citius miserere perimus
Auxilio succurre pio. nil uota moratus.
Exsurgens dn̄s. ualidis mitescere uentis
Imperat. & dicto citius tumida aequora placat.
Honerat illa feri pugnax audacia ponti.
Inditum tumidasq; surgere coger& undas.
Hec metuenda truces agitabant flamina uires.
Sed loetum exiliens xp̄o mare compulit unum
Obsequio feruere fretum. rapidoq; uolatu
Mouerunt auidas uentorum gaudia pennas;
Interea placido transuectus marmore. puppim — De duob: demoniosis
Liquerat. & medios lustrabat passib; agros.
Cum procul e tumulis geminio stridore ruentes
Prosiluere uiri. quos non mala demone pauco.
Sed legio uexabat atrox. nexuq; cruento
Seua catenatis gestabant uincla lacertis.
Angebat quoq; pena dupplex. heu dura furoris
Condicio. qui uim patitur. magis ille ligatur
Tunc dn̄i precepta tremens exire iubentis.
Sp̄s infelix hominem non aud& adire.
Effigies recolens. quam xp̄m cernit habere
Sed pecus immunda iue gaudens semp amicū.

sordido t fetida
Sordib; atq; olido consuetu uiuere ceno ·
Promeruit petiere sius, tristesq; phalanges
Porcorum tenuere gregem, niger hispidus horrens ·
Talem quippe domum dignus fuit hospes habere
Hinc alias dns pelago delatus moras
Intrauit natale solum · quo corpore nasci
Se uoluit patriamq; sibi pater ipse dicauit;
Ecce aderant uiuum portantes iamq; cadauer
Bis bina ceruice uiri · lectoq; cubantem ·
Vix hominem; cui uita manens sine corporis usu ·
Mortis imago fuit; resolutaq; membra iacebant
Officiis deserta suis fluxosq; par tus ·
Languida dimissis pendebant uincula neruis ·
Hunc ubi conspexit dns uirtutis egentem ·
Robore peccatis primum confirmat ademptis ·
Que generant augmenta malis; miseroq; iacenti ·
Surge ait · & proprium scapulis attolle grabbatu ·
Inq; tuam descende domum; nil iussa moratus
Cui fuerat concessa salus · uestigia linquens
Tandem aliena · suis letatur uadere plantis;
Auctoremq; suum grata mercede reuexit
Principis incerti sinagogae filia · clauso
Functa die supas moriens amiserat auras ·
At genitor cui finis edax spem plis adulte
Sustulerat dni lacrimansq; gemensq;
Corruit ante pedes · uix uerba precantia fari
Singultu quatiente ualens · miserere parentis ·
Orbati miserere senis; modo filia dicens
Unica uirgineis nec adhuc matura subannis ·
Occidit · & misero patris mihi nomen ademit ·
Affer opem · lapsamq; animā pmembra refunde ·

Qui totum prestare potest, hec inquit. et auctor
Lucis ad extinctæ pergebat funera gressum

De muliere que patiebat fluxū sanguinis.

Vix populo stipante mouens, permixtaq: turbis
Ibat inundantem mulier perpessa cruorem.
Que magnas tenuarat opes ut sanior esset,
Exhaustaq: domo nec proficiente medela.
Perdiderat proprium pariter cū sanguine censū,
Ast ubi credentis iam sano in pectore coepit
Diues adesse fides. medius inmersa cateruis.
Nititur aduersi uel filum tangere xpisti,
Posteriusq: latens. subitam furata salutem.
Extrema de ueste rapit, siccisq: fluentis
Dampnauit patulas audax fiducia uenas,
Senserat ista deus. cuius de fonte cucurrit
Quod uirtus secreta dedit, furtumq: fidele
Laudat. et egregiæ tribuit sua uota rapinæ,

De filia cui supra

Ventum erat ad mesti lugentia culmina tecti
Deflentemq: domū. moriens ubi uirgo iacebat
Extremum sortita diem, trepidusq: tumultus SI –
Omnia lamentis ululans implebat amaris, – SIO –
Funereosq: modos cantu lacrimante gerebant LEN
Tybicines, plangorq: frequens confuderat edes,
Ponite sollicita conceptos mente dolores.
hic sopor est. saluator ait, nec funus adesse
Credite, nec somno positam lugete puellam,
Dixerat. et gelida constrictum morte cadauer
Spiritus igne fouet, uerboq: immobile corpus
Suscitat, atq: semel genitam bis uiuere prestat.
Obstupuere animis. inopinaq: uota parentes

Biothanatus. i. bis mortuus. Urbi. i. bis uiuus.
Thanatus. i. morti.
Athanatus. i. immortalis.

De duob: cecis

Aspiciunt. uersisq: modis per gaudia plangunt,
Inde pedem referens geminos. uidet ecce sequentes

Cecatos clamare uiros; fili inclite dauid
Decute nocturnas extinctis uultib; umbras
Et clarū largire diē quā credere tantū
Quam sanū est cognoscere dm̄ iam corde uidebant
Qui lucis sensere uiam; tunc ceca precantū
Lumina. diffuso ceu torpens ignis oliuo
Sub dn̄i micuere manu, tactuq; sereno
Instaurata suis radiarū ora lucernis.

Ubi surdus et mutus curat

His ita dimissis. alius producitur aeger
Multiplici languore miser. qui uoce relicta
Auditu uacuus. solo per inania membra
Demone plenus erat; hunc prauus ordine sacro
Curauit uersis deus incontraria causis
Demonio uacuans. auditu & uoce reformans.

Ubi discipulos

Nec minus interea pprios iubet omnia posse
Discipulos; totisq; simul uirtutib; implens
Ite ait. & tristes morborū excludite pestes.
Sed domui isrl̄. quia necdum nomine gentes
Auxerat hoc omnes. celorū dicite regnum.
Demonis auferte locum. depellite lepram.
Functaq; subducte reuocate cadauera uite
Sumpsistis gratis. cunctis impendite gratis.
Ac uelut hoc dicens. ego quippe ministris
Seruandos committo greges. ego deniq; pastor
Sum bonus. & pprios adiectum largior agros
Nemo meis ouib; que sunt mea pascua uendat.
Haec mysticas ideo prius edidit aures
Omnipotens. ut abhis iā sese auctore magistris
In reliquū doctrina fluens discurreret aeuum

Comparatio de iiii fluminib;

Qualiter ex uno paradisi fonte regente
Quattuor ingentes pcedere cursib; amnes

Exquibus intotu sparguntur flumina mundi. **De manu arida**

Exin conspicuam sinagogę ingressus in aulam.
Aspicit inualidam dimenso corpore manicum
Semi necem membris non totum uiuere, cuius
Arida torpentem dampnarat dextera partem.
Imperioque medens gelidam recalescere palmam
Precipit et reduci diuino more saluti.
Sicut semper agit. nil tollit et omnia reddit.

De muto & orbo

En iterum ueteres instaurans lubricus artes
Ille chelidrus adest. nigri qui felle ueneni
Liuidus humano gaudet pinguescere tabo.
Quodque palternos totiens disperserat ęgros
Uirus iniquus progressus uiscera fudit.
Cui uocem lumenque tulit, triplicique furore
Saucia membra tenens nimium quatiebat et orbum.
Tunc dominus mundi lux nostra et sermo parentis
Sordibus exclusis oculos atque ora nouauit.
Uerbaque peruerbum per lumen lumina surgunt.

De muliere curua p[er] XVIII annos

Uenerat et mulier morbo contracta uetusto
Non senio tremebunda gemens incurua caducis
Uultibus et solam despectans cernua terram.
Que domino miserante iugi post octo decemque
Membra leuat menses, cęlumque ac sidera tandem
Cernit et ardentem solis reminiscitur orbem.
Totum erecta uidens, quia quos malus opprimit hostis
Ima petunt, quos Christus alit sine labe resurgunt.

De quinque panibus

Cumque dehinc populum sese in deserta secutum
Ut typicus moises uerusque propheta uideret.
Antiquam sentire famem maioribus actis
Antiquam monstrauit opem, tunc altius multo
Carnis opima dedit geminis modo piscibus aucte.

Sufficiens tunc manna pluit · modo panibus amplum
Quinq: dedit uictu · per milia quinq: uiroru.
Cetera turba latet · numero nec clauditur ullo
Maxima paruoru legio uel maxima matru.
Quodq: magis stupeas · cophinos ablata replerunt
Fragmina bis senos · populisq: uorantib: aucta
Que redit · a cunctis non est data copia mensis.
De p&ro mergente
Iamq: senescentem gelidi sub cerula ponti
Oceano rapiente diem · cum pallor adesset
Noctis · et astriferas induceret hesperus umbras ·
Discipuli solo terris residente magistro.
Vndosu petiere solum · fluctuq: tumenti
Torua laborante iactabant equora puppim.
Aduersus nam flatus erat · tunc noctis opace
Tempore calcatas dns super ambulat undas.
Et tu asti premit arua freti · glaucisq: fluentis
Circufusa sacras lambebant marmora plantas.
Miratur stupefacta choors sub calle pedestri
Nauigeras patuisse uias · at petrus amicam
Doctus habere fidem · xpmq: agnoscere semper
Inmedias descendit aquas · quem dextra leuauit
Labentem dni · nil tanto ingurgite passum.
Cui portus fuit illa manus · pelagiq: uiator
Libera per uitreos mouit uestigia campos.
Genesar inde soli dno ueniente coloni
Infirmos traxere suos · ut fimbria saltem
Vestis adtacta dei morbis mederetur acerbis ·
Et quotquot tetigere · iugem sensere salutem.
Quam preciosa fuit · que numquam uendita uestis
De muliere chananea
Ipsa omnes modici redimebat munere fili.
Hinc tirias partes · sidoniaq: arua petentem.

(in firmitate)
Anxia pnatae uitio quam sps atrox
Vexabat stimulis. mulier chananea rogabat.
(affirmans) (sollerti)
Se canib: confessa parem; qui more sagaci
Semp odoratae recubant ad limina mensae.
Assueti refluas dominoz lambere micas;
(s. fuit)
Vox humilis. sed celsa fides. que sospite nata
(ierrore gentali genita)
Decantę fecit ouem; gentisq: insertib: ortam
(s. ipsa fides) (de doctrina euangelii)
Compulit hebrei de gramine uescier agri.
(ascendens) (summitates)
Alta dehinc subiens montis iuga plebe sequente.
Milia cecoz. claudoz milia. passim
(cohortes)
Leprososq: simul populos. surdasq: cateruas.
(n fortes)
Inualidasq: manus. & quicquid debile uulgi
(in ipsa sanitate)
Venerat. inprisca componit motib: usum.
(coaptat) (officia)
Et reuocata suis attemptat. organa neruis. **De piscib: paucis panib:q: vii quinq:**
(medicinā impendens)
Cunq: medens ęgrum refou& uirtute tumultū
(n ferali) (in deserto)
Tertia lux aderat; steriliq: incespite nullum
(sumpserat)
Contigerat plebs tanta cibum; nimiosq: labores
(multiplicanda) (fatigata)
Hutripat geminanda famis. si saucia callem
(longente)
Turba per ingentem. dapib: ieiuna rediret.
(p motus ad misericordiā)
Qua flexus pietate. ds. qui semp egentum
Panis adest. uictumq: locis sine frugib; infert.
Pisciculis paucis, & septem panib: agmen
(innumerabile) (fragilia) (feminei)
Pauit inorme uirum; preterq: infirma seci
Sexus & etatis. saturauit quattuor illic
Milia uescentū; plus ut mireris. ad auctas
Dixit fuisse dapes; epulas nutriuit edendo
(consumpte)
Vulgus; & attritę creuerunt morsib: escae;
(summitates)
Reliquiasq: suas. sportarum culmina septem
(fugiens)
Expauit fugitiua famis: ubi fragmine sumpto.
Vidit habundantē modico de semine messem **Ubi dns in monte apparuit p&ro iacobo & iohi**
Nec tamen humano quamuis in corpore xpm

Matris ab occasu [discessu] · mortalia membra gerentē
Clam fuit esse dm̄ · quia n̄ abscondere unquā
Urbs in monte sedens, modio nec subdita ardens
Lichinus [lucerna] anhelantē sed spargens altius ignē
Cunctis lumen agit, radians nā testibꝰ amplo.
Discipulis fulgore tribus · uelut igneus ardor
Solis in aetherea uersus splendore figuram
Uicerat ore [aspectu] diem; uestemq: nitentibꝰ [aptis] ipsam,
Candida forma niuis dn̄i detegmine fulsit,
O meritum sublime triū, quib: illa uidere
Contigit [concessū ē] in mundo [amatoribꝰ mundi], quę nonsunt credita mundo;
Quid [similiter] quod & heliam & clarum uidere moysen.
Ignotos oculis · uiderunt lumine cordis.
Ut maior sit nr̄a fides, hunc esse porbem
Principium acfinem · hunc alpha uiderier hunc ω;
Quem [s. xpm] medium tales circumfulsere pphetae.
Alter ad huc uiuens · alt̄ stans limine mortis [ante],
Sidereoq: sono meus est hic filius aiens.
De demoniaco — Ostendit uerbo genitum uox patria xpm ·
Postquam corporeos uirtus regressa partus
Texit adoratā carnis uelamine formā
Seq: [apostropha] palam dn̄s populis dedit ecce repente
Uir humilis mesto deiectus lumina uultu
Procedit · supplexq: manus & brachia tendit;
Imploratq: gemens · unus mihi filius inquit
Est [in se] dn̄e · horrenda lacerat quē sp̄s ira
Hec linquit nisi [s. se] mergat aq̄s · aut ignib: atris
Opprimat · atq: animam dubia sub morte fatigat;
Hunc precor expulso miseratus utrūq: furore
Redde mihi uel redde sibi, neceeca potestas.
Expellat trepidā [celere] subtracto lumine uitā;

Cambridge University Library
Licensed under Creative Commons Attribution-NonCommercial 4.0 Unported License (CC BY-NC 4.0)

Dixerat. & genua amplectens. genib; q; uolutans
Herebat dnsq; pio iam pectore uotis
Annuerat. tunc predo furens ac noxius hostis
Cui possessa diu est alieni fabrica iuris
Per uasa migrare domo compulsus. in iram
Tollitur accensam. correptaq; carpere membra
Incitur. & frustra dno phibente laborans
Fugit in obscuras puero uiuente tenebras. Ubi petro tributa dare cesari
Rex etiam solus regum & dns dominorum.
Non dedignatus petro piscante tributum
Soluere cesareum. medii de gurgite ponti
Hamum ferre iubet. gerulum didragmatis auri
Incola mox pelagi pendentia fila momordit
Iussa tributa ferens. grauiorq; onerante metallo
Uilis honor piscis pretio maiore pependit Ubi dns ad … p…
Discipulisq; suis se percontantib; dule … suis per metatu quis eorum
Celestis regni quis maior posset haberi maior sit in celo.
Ut dixit & doctor mirabilis omnib; inquit.
Celsior est humilis. cunctisq; potentior ibit
Qui cunctis subiectus erit. se seq; minorem
Demissa ceruice gerit. uelut iste uidetur
Paruulus. & mox stat puerum consistere paruu.
Scilicet ingenium teneri sectemur ut acui
Non annis sed mente iubet. quia mollior aetas
Nil pompae mundalis amat. non ambit honorem
Nec resupina tumet; sic purae semita uitae
Quantum prona solo. tantum sit pxima celo;
Mens & enim uegens altum petit altaq; uergit;
Inferiorq; gradus quo uult descendere surgit
Ecce humilem dns de stercore tollit egenum;
Et facit egregios inter residere tirannos

At contra tumidum pugnaci mente rebellem
Precipitem celo subtartara iussit abire
Parua loquor si facta dei p singula curram
Et speciale bonum cum sit generale reuoluā;

Explic Lib. II. Incip. III. De Diuite qui in regnū celorū nonpotest intrare

Iamq placidas iordanis item transgressus harenas
Iudeae sectatus iter. sine noīe mixtum.
Uulgus & innumeras releuans aclade cateruas
Suscipit infirmos. & dat discedere sanos;
Nil igitur summo desperantib: umquam
Difficile est conferre dō; cui prona facultas.
Ardua planare & curua indirecta referre.
Namq: foramen acus sicut penetrare camelus
Nam quicquid natura negat se iudice prestat,
Membrorū pro mole nequit: sic diues opima
Feralitate tumens tenuem nonposs& adire
Celestis regni ducentem adlumina callem:
Hi genitor rerum qui mundum lege coherc&.
Et nulla sublege man& cui condere uelle est
Quem frons nulla uid& sed totum conspicit ipse.
Hoc inpossibile est homini dixiss& & alto
Possibile est ius omē dō. multisq: molestum
Diuitib: tandem facer& mitescere censum
Nam ppias bene tractat opes celoq: recondi
Thesauros uult ille suos ubi quicquid habetur
Non mordax erugo uorat. non tinea sulcat
Nec male defossum famulatur furib: aurum.
Ieiunis qui ferre cibum. sitientib: haustum.
Hospitib: tectum. nudis largitur amictum:
Solatur nexos incarcere. p fou& aegros.

Atq: alis largus sibi tantu constat egenus.
Hec dubie incelum substantia peruenit illa
Que xpo conlata datur sub paupere forma.
Quae dampnis augmenta capit quae spargit ut sit.
Que perit ut maneat . quae uitam mortua prestat. De duob:
Preterea dominus geminos considere cecos. cecis ad dno cu
Dum quoddam transir& iter comitante caterua ratis
Conspicit. extinctae poscentes munera formae
Flebilib: uacuas implentes uocib: auras,
Hec cunctata solens pietas inferre salutem
Que serat flagrare fidem, mox lumina tangens
Euigilare iubet . quos somnus presserat ingens.
Atq: diu clausas reserans sub fronte fenestras
Ingrediente die fecit discedere noctem. De ficu que dni iussione aruit
hinc repetita sacri gradiens pmoenia templi
Lumina cecatis dedit. & uestigia claudis.
Talia dauiticam post facta reliquerat urbem
Bethame uicina petens. eadem q: reuersus
Clarescente die pperabat uisere tecta,
Ecce autem medius adstans sublimis in aruis
Frondea ficus erat. cuius in robore nullum
Repperit esuriens lustrato stipite pomum
Arboris q: comis, iam nunc ex germine uso
Nullus ait fructus reliquum generetur in euu,
Confestim induata suis ficulnea sucis
Aruit: & siccis permansit mortua ramis,
Omnis enim qui cumq: deo nil fertile nutrit.
Ceu sterilis truncus lignis equabitur ustis
At iustus palmae similis florebit amoene
Semp habens frondes. & tamqua libani cedrus
Multiplicandus adest: & uertice sidera tangit

Ubi mutum a demonio liberauit

excitatus e forte
Post oblatus ei uirtutem sensit herilem
demens
Insanus sermone carens, quem faucibus artis
stringebat
Angebat uis clausa mali, uitiumque tacendo
Prodiderat. sed cuncta solens infirma leuare
oppressa
Conditor. obsessa pepulit de fauce latronem.
Et uoci patefecit iter, nexuque soluto
Muta diu tacitas effudit lingua loquelas,

De muliere que pedes ihesu lauit

Post dominus pharisea petens conuiuia coene
inmiscuit
Orantis dapibus sese inmiscuit amici,
Hunc mulier quam fama nocens et plurima uitae
Mordebant delicta suae. clementia supplex
s. uestigia
Corruit amplectens uestigia. quaeque profusis
humectat retro stans
Irrigat incumbens lacrimis. et crine soluto
s. cessat
Tergere non sacras. nec cessat lambere plantas.
nardo pretioso redolente unguens
Unguento fraglante fouens. sententia donec
auxilium
Laeta dei quem ferre manum non poenitet umquam
Si nos poeniteat ueterem gessisse ruinam.
s. peccato
Vade fides mulier tua te saluauit ab omni
Dixisset. quod cumque mali gessisse uideris
s. futura bella uitiorum non patiaris
Utere pace mea, magna est medicina fateri.
Quod nocet abscondi. quoniam sua uulnera nutrit
s. qui
Qui tegit. et plagam trepidat nudare medenti.
s. scelere adulterii
En polluta diu modicum purgata recessit
s. sese
Per gemitum, propriumque lauans in gurgite fletus.
Munda suis lacrimis redit et deterso capillis.

Ubi sinagogam ingressus est xpc

Iamque capharneae sinagogam intrauerat urbis
s. xpm
Rite docens populos, quem cum uidisset iniquus
horribili
Humano sub corde latens. clamore proteruo
s. inpulit s. est s. commune
Spiritus infremuit. quid nobis et tibi dicens
dampnare
Perdere nos heu xpe uenis, scio denique quis sis.
s. te
Et sanctum cognosco dei, nec plura locutus.

Imperio terrente tacet. hominemque reliquit.
Pulsus et in uacuas fugiens euanuit auras.
Sic etiam uariis finem languoribus esse
Fecit. et exclusit semper reticere coegit
Demonas. ac talem prohibet se pandere testem.
Olim quippe ferox et nigrae mortis amator.
Ille nocens anguis. deiectus culmine caeli.
Cum pompis sociisque suis omnique nefandae
Agmine militiae xpm quem nouerat illic
Conspicit in terris uelamine carnis opertum;
Et gemit esse homini dnm uirtutis amicu. Demuto
Cumque tyri transgressus iter. sidonia rursus & surdo.
Arua legens. dns placidas calcaret arenas.
Curauit gemino miseru spiramine clausum.
Qui uocem non ore dabat non aure trahebat.
Sidereaeque manus ruptis penetralibus omnes
Attactu patuere fores. laetusque repente
Audirique loquens. meruitque audire loquentes.
Tu quoque sensisti uirtutis munus herilis
Procumbens oculis. cuius in lumine xps
Expuit. et speciem simulatae mortis ademit. De capta
Hinc maiora docens populos caelestia uerum piscium
Se reserat sermone dni. turbasque frequentes
Quae nimis inruerant. cupiens uitare parumper
Stagna petit. paruaque sedens in simonis alno.
Litore sistentem firmabat ab aequore plebem.
Et dictis iam finis erat. tunc altius actam
In pelagus iubet ire ratem. uastoque profundo
Retia dimitti piscantia. quae nihil omnem
Claudere pnoctem uacuo potuere labore.
Simon paret ouans. et aquosis gentibus instans.

Cambridge University Library
Licensed under Creative Commons Attribution-NonCommercial 4.0 Unported License (CC BY-NC 4.0)

retia q delino fiunt piscere

Linea claustra iacit, tantumq; inmanis apertos
Impleuit captura sinus ut preda redundans
Turbaret geminas cumulato pisce carinas
Nam socia istic puppis erat; sic maxima sepe
Gaudia nonferimus. propensaq; uota timemus;
Quodq; dari facile est homines optare nec audent
Talib: insignis uirtutib: ibat inurbem
Que sit dicta naim populo uallatus opimo
Et grege discipulum; miserum cum comminus ecce
Conspicit efferri iuuenem gelidumq; cadauer
Plurib: exequiis & inani funere passum
Triste ministerium; cuius sors unica matrem
Iam dudum gemina uiduam uiduauerat urna;
Hec remorata diu pietas inimica dolori
Auxilium uitale tulit; tactoq; feretro
Surge ait o iuuenis; parensq; intempore dicto
Mortuus adsurgit. residensq; loquensq; adiuit
Atq; comes genetricis abit; nam funere torpens
Et luc& amisse passus discrimina uitae
Non potuit famulus dno clamante tacere
Hec uita presente mori; mox agmine uerso
Deponens trepidum rediuiua tramite luctum
Candida felice reuocauit pompa parentem
Nec tibi parua salus dno medicante maria.
Multiplici lesum curauit uulnere sensum
Quam fera septenis rabies inuaserat armis
Demonico cuneata globo; sed squameus anguis
Imperiosa sacri fugiens miracula uerbi
Corde tuo depulsus abit; uolucresq; paratas
In chaos inferne lapsus penetrale gehennae
Septem ingens giros septena uolumina traxit

12

multiplicato fructu
Ne uere dun. dantem cumulato germine messem Ubi misit
deficere
Exiguis dns siner& languere colonis septuaginta duo
Discipulosq: alios quorum mens conscia recti 72
sincera
Puraq: simplicitas numero meritoq: refulgens
Aurea libra fuit uelut agnos precipit. inter
Sanguineos pperare lupos assumite dicens
Iura potestatis. nullum metuatis ut hostem
Vipereasq: minas & scorpionu atq: inimica
Omia uirtuti sensu calcate fideli;
Nulla meis famulis fertas aduersa nocebit;
Nec tantum hoc gaudete uiri quod spc ater
i. obediat   s. gaudeatis
Subiaceat uob quantum quod nomina ura
Scripsit in eterno celestis littera libro;
ante ponere
Ius est quippe di uitam pponere factis;
deficiente
Nam merito cessante bono miracula nil sunt;
Que faciunt plerumq: mali quib: arbiter orbis
n nelegi uos
Nescio uos dicturus erit. discedite cuncti
operarii iniquitatis
Artifices scelerum rebus qui semper iniquis
fine cistis
Diuinum simulastis opus; sic tempore moysi.
incantationib: fallacib: ciuitas egipti   i finib:
Carminib: quidam uanis memphitas in oris
i uoluntate   similitudine   deceptoria
Signa dabant; non sponte dei sed imagine falsa
Uisib: humanis magicas tribuere figuras Ubi ydropicu curauit
Post phariseorum cuiusdam principis intrat.
Clarificare domum. non escam sumere tantu.
leui
Ad quam tunc facili conuenerat ille precatu
ille   lucido   inflat   inflabatur
Hic homo perspicuo distentus uentre tumebat
uentre
Plenus aqua. grauidamq: cutem suspenderat aluus.
defluebant
Inclusam partura necem.; iam membra fluebant
inflante
Adrescente sinu; miserosq: infusa per artus
tenue reddiderat
Turgida perflatum. macies tenuauerat egrum
coadunata fuerat
Inq: uteri spatium totus conuenerat ydrops;

Cambridge University Library
Licensed under Creative Commons Attribution-NonCommercial 4.0 Unported License (CC BY-NC 4.0)

H oc tali hanc speciem mundi pater & sua transit
S abbata non curans · hominem curare paratus
Q uem uoluit magis esse suum; nā sabbata ꝓpt quē
C ondita ſ hominem · n̄ est homo sabbata propt;
T unc pius humentē [pestē] siccata corporis unda
I ussit abire luem · fluidus mox uiscera morbus
D eserit · & uacue residens in pectore fibrae
C arnalemq: [corp' ydropici] lacum pestis lymphata reliquit

De decē leprosis.

C oeperat interea dns galilea perarua
T ransgrediens sco q̄dam pede tangere castrū;
h unc procul ut uidere · decem maculosa gerentes
L eprosi portenta uiri quos corpore foedo [turpi]
D iscolor obscenis turpabat poena figuris;
P receptor miserere [s. nris] potes namq: omīa ihū
C lamantes dixere simul; tunc flexa potestas
Q ue numquam pietate [otiosa] uacat dementior infit;
I te sacerdotū conspectib: ora referte;
C umq: uiam peterent subito mundata uicissim [inuicē]
M irantur sua membra uiri · uariumq: tuentes
E sse nihil se se pariter speculantur; & om̄s
E xplorant ꝓprias alterno [mutuo] lumine formas;
E x quib: ut grates ager & pro munere tanto
U ix unus reduci conuersus tramite pronus
S ternitur ad terram dnm uirtutis adorans
A tq: sacerdoti uero sua protulit ora;
D eniq: pontificum princeps summusq: sacerdos
Q uis nisi xp̄s adest · gemini [panis & uini] libaminis auctor
O rdine melchisedech · cui dantur munera semp
Q ue [s. munera] sua sunt [s. felicet] fructus segetis & gaudia uitis;

C um residens cecus timei filius illud *De ceco timei*
P ropter iter dnm ꝑquod cognouerat ire *filio.*

Cambridge University Library
Licensed under Creative Commons Attribution-NonCommercial 4.0 Unported License (CC BY-NC 4.0)

Vociferans crebro lumen clamore petisset
Nec populo prohibente tacens accedere iussus
Ad dn̄m palpante manu uisumq; recepit.
Et nullo ducente redit., quam fortiter instat
Inportuna fides. quicquid res dura negarit
Sola frequens uotis oratio prestat honestis.,
Vnanimem panem sic ille petebat amicum.
Qui forib; clausis per opaca silentia noctis
Obnixeq; diu confidenterq; neganti
Vocib; assiduis precibusq; extorsit anhelis., De muliere samaritana
Praeteriensq; uiae dn̄s loca samaritanae
humanā flagrante sitim collegerat aestu.,
Fonsq; perhennis aquae modicam desiderat undā
Vt biberet qua corpus erat., tunc accola gentis
Stans mulier paruū puteo que traxerat haustū
Cum dare cunctatur perituræ munera limphae
Agnoscens propriā numeroso coniuge uitam:
Orat inexhausti tribui sibi dona fluenti.
Aeternam positura sitim., qua nemo carere
Dignus erit. dn̄i nisi mersus gurgite xp̄i.
Percipiat placidas animae non corporis undas., De muliere in adulterio deprehensa
Cumq; sub media residens testudine templi
Ore tonans patrio. directi ad peruia callis
Errantem populū monitis conuertit amicis.
Ecce trahebatur magna stipante caterua
Turpis adulterii mulier lapidanda reatu.,
Quam pharisea manus placido sub iudice sistens
Cum dampnare parat. plus liberat, omnib; illis
Nam simul e turbis proprio sine crimine nullus
Accusator erat. saxum qui missile primus
Sumeret. obscenae feriens contagia moechae.,

Hec poterat quisquam festucam uellere paruam
Ex oculo alterius: proprio qui lumine grandem
Soiret inesse trabem; profugus sic ille recessit
Impetus & clemens donat sententia culpam
Iam non peccandi sub condicione solutam;
Nam uomitum qui cumque suum canis ore relambit
Hec ueterem stud& hic ueniam nec habere futuram.
Huius dampna fenens. huius compendia pendens.

De ceco nato

Inde means genitum cernit considere cecum
Qui male pregnantis delapsus uentre parentis.
In lucem sine luce ruit; tunc sanguinis ille
Conditor humani mundique orientis origo
Imperfecta diu proprii non passus haberi
Membra operis natale lutum per claustra genarum
Inliniens. hominem ueteri de semine supple[t]
Hec uisum tamen ante capit quam uoce iubentis
Accepta dni. siloam uenisset ad undam;
Et consanguinei fotus medicamine limi
Pura oculos fouiss& aqua; mox ergo gemelle
Uultibus effulgent acies; tandemque merentur
Ignotum spectare diem; cognoscite cuncti
Mistica quid doceant animos miracula nostros;
Ceca sumus proles miserae de foetibus aeue.
Portantes longo natas errore tenebras;
Sed dignante do mortalem sumere carnem
Tegminis humani facta est ex uirgine nobis
Terra salutaris que fontibus abluta sacris
Clara renascentis reserat spiramina lucis

De lazaro

Bethameque solum repetens intrabat ubique
Lazarus occidua tumulatus sorte iacebat
Iam quarto sine luce die claususque sepulchri

Cambridge University Library
Licensed under Creative Commons Attribution-NonCommercial 4.0 Unported License (CC BY-NC 4.0)

74

Marmore corruptum tabo exhalabat odorem
Flebant germane flebat populatio presens
Flebat & omnipotens sed corpore non deitate
Exanimesq; artus illa pro parte dolebat
Qua moriturus erat lacrimis compleuit amicum
Maiestate dominus quid credere martha moraris
Quidue maria gemis xpm dubitatis an unum
Possit ab inferni hominem reuocare cauernis
Qui dabit innumeras post funera surgere turbas
Ergo ubi clamantis domini sonuit tuba dicens
Lazare perge foras magno concussa pauore
Tartara dissiliunt herebi patuere recessus
Et tremuit letale chaos permotaq; profunde
Lex periit atq; anima proprias repetente medullas
Cernitur ante oculos uiuens adstare cadauer
Postq; sepulchralem tamquam recreatus honorem
Ipse sibi moriens & postumus extat & heres. De pullo asine
Utq; caduca uagi contempnens culmina saecli
Monstraret se terrae dominum non curribus altis
Qui pompae mortalis honor rapidisq; quadrigis
Puluereum sulcauit iter nec terga frementis
Ardua pressit equi phaleris qui pictus & ostro
Ora cruentatum madentia concutit aurum
Sed lento potius gestamine uilis aselli
Rectori sufficit honos leuis ungula cuius
Ut tanto sessore decus mirabile portans
Nobilior sub fasce foret nonullius impar
Qui in patulo xpm licet in presepe iacentem
Agnouit tamen esse dominum plebs omnis adorans
Insolito molles subiecit tramite uestes
Dicite gentiles populi cur gloria regi

Talis in orbe fuit; cui palmis compta uel umquā
Frondib: arboreis. laudes celestib: ymnis
Obuia turba dedit dño nisi cum patre xp̄o?
celeste filius in patre in piu
Qui regit aetherium. princeps inprincipe regnū.
Cui scs̄ semper conregnat sp̄s aeque ;;;

Explicit lib. iii. incipit lib. iiii.

ORATIO XP̄I AD PATREM

HAS inter uirtutis opes iam proxima paschae
aduenie bat maiestas
Ceperat esse dies. dn̄i cum gloria uell&
Ponere mortalē: uiuamq: resumere carnē.
thesauro
Non aliam sed rursus. quam munere plenā
diuinitatis
Lucis. ab inferiis releuans ad sidera duxit.
i presentia turbarum
Exclamansq: palam. pater ista mem& ab hora
Saluificа: sed in hanc ideo ueni tamen horam
Clarifica dixit nomen tuum; magnaq: caelo
manifestaui .i. in baptismo t transfiguratione
Uox resonans uenit p nubila. & clarificaui,
s. in resurrectione s. ipse ē filius dei
Clarificabo iterum; quid a pertius ē. patre teste
Caelo adsertore; ac nec sic agnoscere xp̄m
s. popli
Gens uoluit iudea dn̄m; pars esse ferebat
s. dicebat alia s. popli
hoc tonitrum; pars angelicam crepuisse loquelā;
O gens caeca oculis. o gentis durissima corde;
Num tonitrus potuit. xp̄m seu angelus ullus
Auctorem generasse suum: qui nomine patris
Auditore sponsa dar&; sed ab ore tonantis
.i. ut
Natum agnosceretis. popli quo creder& adstatis
consors
Uox emissa suo respondit consona uerbo ;
universalis
Annua tunc sacrae celebrans p munera caene
Paschales ex more dapes humilemq: ministrū
accepta
Se faciens. & grata suis exempla relinquens
s. dn̄s
Adsurgit famulisq: libens famulatur. & omnem
Linteolo accinctus tantum inclinauit honorem

Ubi uedes disci[illegible] [illegible]

[illegible]

19
75

D iscipulis ut sponte lauans uestigia cunctis
segregar&
H ec iudam exciperet quem proditionis iniquę
N ouerat auctorem; sed nil tibi gr̄a seue
T raditor illa dabat: pedib: consistere mundis,
Q ui sensu pullutus eras: uelut omne sepulchrū
E xteriora gerens albe uelamina formae
de turpi
S ordib: internus fedoq: cadauere plenum
fraudis traditionis futurae
H ec dnm̄ latuere doli; scelerisq: futuri
s. dns
P rodidit auctorem: panem cui tradidit ipse
a iuda
Q ui panis tradendus erat; nam corporis atq:
confirmauit . sacrauit
S anguinis ille sui postquā duo munera sanxit
s. cibo
A tq: cibum potumq: dedit quo perpete numquā
E surient sitientq: animae sine labe fideles. De iuda
s. suas tumor plagarum
P rotinus in iudam sedes ubi liuor habebat traditore
cilia
S pS intrauit teterrimus; armaq: sumens
cer. dnm
I n dnm seruile dedit consurgere bellum
patratores
P actus grande nefas qua uis mercede. neq: illi
s. pro
C ulpa datur pretio. sed inherent crimina facto;
T antundem sceleris terdena numismata sumens
habuit
A rgenti paruo cecatus munere gessit
Q uantum cuncta simul terrarum regna marisq:
discurrentib:
D iuitias omneq: uagis cum nubib: ethram
S i caper& gesturus erat; neq: enim bona mundi
S ufficerent magni fuso pro sanguine xp̄i
Q ui pater est mundi . qui fecerat hunc quoq: nasci;
extinctus
A tq: utinā sterili dampnatus matre nequiss&
sustinaos
N atale sentire diem . neq: luminis huius
sentir& spiraminib:
h ausiss& placidas flabris uitalib: auras
sin somno t pigritia
A eterno torpore latens miseroq: fuiss&
fortuna
S ors melior nescire diem quam perdere uitam.
natus
A ut male fusus humo confestim munere lucis

Cambridge University Library
Licensed under Creative Commons Attribution-NonCommercial 4.0 Unported License (CC BY-NC 4.0)

Perderet ut pulvis quem ventus proicit ingens
A facie terrae rapidisque volatibus actis
De maledicto ne iuda
Spargitur in vacuas nebulis obscurior umbras.
Tunc cruente ferox audax insane rebellis
De maledictione iudam
Perfide crudelis fallax venalis inique
Traditor inmitis fere proditor impie latro
Previus horribiles comitaris signifer enses
Sacrilegamque aciem gladiis sudibusque minacem
Cum moveas ori ora premis mellique venenum
Inseris et blanda dominum sub imagine prodis
Quid socium simulas et amica fraude salutas
Numquam terribiles aut pax coniurat in enses
Ubi petrus abscidit auriculam
Aut truculenta pio lupus oscula porrigit agno.
Traditus ergo viris operator sanctus iniquis
Consuetam non linquit opem, pueroque revulsam
Ense petri ne qua prius a pietate vacaret
Reddidit auriculam, nec enim vindicta tonantis
Conveniens humana fuit qui milia patrem
Angelicas sibimet legiones poscere posset
Plus duodena dari si mallet sumere poenas
Demeritis quam sponte suas ignoscere plagas.
Tunc parci mucrone iubet quia venerat ipse
Ubi negat se discipulum
Ponere pro cunctis animam non tollere cuiquam.
Namque petro clara iam dudum voce fatenti
Cum domino se velle mori prius aliger inquit
Quam gallus cantet hac me ter nocte negabis.
Non reprobando fidem sed predicendo timorem.
Ubi ad domum caiphe ducitur
Continuo ad triste caiphae deducitur aedes
Ille sacerdotum fuerat tunc denique princeps
Et princeps scelerum, namque hoc residente cathedram
Pestiferam falsis agitatum testibus ardet

Conciliū, iam iamq: uolant mendacia mille
Indn̄m. uanis hominum conflata fauillis.,
Et pereunt leuitate sui. uelut ignis oberrans
Arentes stipulas. uires cui summa cremandi
Materies infirma rapit. uictoq: furore
Labitur inualidæ deformis gloria flammæ., Ubi iudei pal
Postquam nulla doli patuit uia. brachia tolli mis uerbe
Armat ininsontem seuus furor, heu mihi quantis rant xp̄m.
Impedior lacrimis rabidū memorare tumultū
Sacrilegas mouisse manus., non denique passim
Uel colaphis pulsare caput. uel cedere palmis.
Aut spuere infaciem plebs execranda quieuit.,
Ille tamen patiens subiecto corpore totum
Sustinuit., nr̄æq: dedit sua membra saluti.,
Namq: per hos colaphos caput est sanabile nr̄m.,
Hec sputa per dn̄m nostram lauere figuram.,
his alapis nobis libertas maxima plausit., Ubi petrus dn̄m negat

At senior cui cuncta potens prædixerat auctor,
Quæ uentura forent. quoniā transire nequiuit
Infectum quod xp̄s ait. sed prorsus adesse.
Ipsius ex socius semel ac bis terq: negauit.
Et gallus cecinit., completa est sanctio xp̄i.
Et sensus rediere petri., memor ille malorū
Inmemoris dampnauit opus., gemituq: sequti,
Culpa fugit., cedunt lacrimis delicta profusis
Et dulcem ueniam fletus generastis amari.,

Iamq: dies aderat nocturna mestior umbra. Ubi iud
Flagitiū uisura nouū., tenebrisq: remotis suspender
Pandebat populis iudeæ crimina gentis.,
Mox igitur dn̄m pilati admoenia duci
Nexibus adstrictum. iudas ut uidit iniquus

obstupuit · solutus ÷ uiribus · pretia · proiectas in templo argenteis
Diriguit, scelerisq: sui commercia reddens.
abiens laqueo se suspendit
Incassum facti pretium non facta reliquit
in desperatione
Quid nam & enim prodest illic trepidare timore
speratio uenie · nigro
Nullus ubi timor est, aut que confessio tetro
deorsum per desperatione · inmissa
Luc& in inferno, cum iam diuersa securis
prave · mortale
Arboris infande radicib: exitialem
generauit · opus · noxia · subuertat
Que peperit fructum. feralia germina uertat
s. cu
Funditus & dignis pereant mala robora flammis.
inuasus · inconsilio
Continuoq: trucis correptus mente furoris
iustior
Se quoq: morte petit. tamquam tunc sanior ess&
crudelis
Cum scelus ulcisci precurreret; ipsaq: dire
s. his · s. fuit
Guttura uocis iter cunctiq: uendere mundi
inla queatis · constringens
Ausa redemptorem · nodatis faucib: angens.
Infelicem animam laqueo suspendit ab alto;
s. fuit · qua debuiss& · ipsa suspensione
Lenior ira quidem pro tanto crimine culpe
similis
Cunctorum cui nulla for& par poena malo⁊;
ab eu
Exitus hic mortis tamen & sublime cadauer
futis · celsitudine · s. est
Ostendit populis · quanto de culmine lapsus
paulo ante · dampnabilis
Pridem discipulus qui nunc reus alta relinquens
dignitate
Sidera · tartareum descendit adusq: profundũ;
s. fuit · refu gus
Tunc uir apostolicus · nunc uilis apostata factus;

Ubi dns offertur pilato

At dns patiens cum presidis ante tribunal
ad decollatione
Starĕ ut adiugulum ductus mitissimus agnus
Nil inimica cohors insontis sanguine dignum
me
Repperiens: regem quod se rex dixerat ipse
obponit · s. cohors
Obicit & uerum mendax procrimine ducit
nihil mirandũ ÷ · respuat
Nec mirum si iura dei gens perfida uit&.
Imperiumq: neg&: lucos que semp amauit
Idola dilexit; simili nam more furentes
Tunc coluere baal: nunc elegere barrabban.,
superbo
Dampnatoq: pio conseruatoq: proteruo

Mutavit per utrumque viam sententia iustam;
Auctor mortis erat iussus qui sumere lucem;
Auctor lucis erat iussus qui sumere mortem;
Credite iam xpm procunctis credite passum;
Quid dubitatis adhuc? en sectus terga flagellis.
Subditus obprobriis. poenas amplectitur omnes.
Ne dignus sentire necem. Vel latro periret;
Heu falx torva patrum segetem cesura nepotum;
Heu facinus pilate tuum., quot gesseris uno
Crimina iudicio. ingeni si mente notares
Non solas lavisse manus sed corpore toto
Debueras. sacrum veniae sperare lavacrum
Corripis insontem. sistis sub preside regem
Pre ponis humana do; qua morte teneris
Qui dnm numerosa cruci per vulnera figis
Cumque datus saevis ad poenam scs abiret
Militibus vilem rubri sub tegmine cocci
Vestitur clamidem; species ut cuncta cruenta
Mortis imago foret spinis circumdedit amplum.
Nexa corona caput. qm spineta benignus.
Omnia nrorum susceperat ille malorum;
Implet harundo manum: sceptrum quoque mobile terre
Invalidum. fragile est vacuum leve; moxque alienos
Deponens habitus. proprium suscepit amictum;
Scilicet humanae positurus tegmina carnis
Et sumpturus item. nil iam ut mutabile ferret
Post mortem. propria cum maiestate resurgens;
Nec sine divino constat moderamine gestum.
Quod vinum cum felle datum tristemque sapore
Suscipiens tetigit labiis. et ab ore removit;
Quippe necem parvo degustaturus amaram

Ubi pilat' man' ab' ... Falx est fer... unde incidit foe... p falcem intelligitur maledictio iudeorum quando dixerunt sanguis eius sup nos et sup filios nros sicut enim falce incidetur foen... ita iudei ista maledictione incisi sunt

Spinet a n peccata ... habuit spinea corona ... nos liberaret a peccatis. Spine enim peccata significant.

Ubi xps cruci figitur

Tempore quam reduci contempnere carne pararet

Protinus inpacati suspensus culmine ligni

Religione pia mutans discriminis iram

Pax crucis ipse fuit. uiolentaq; robora membris

Inlustrans propriis. poenam uestiuit honore.

Suppliciumq; dedit signum magis esse salutis.

Ipsaq; sanctificans inse tormenta beauit.

Neue quis ignoret speciem crucis esse colendam

Que dnm portauit ouans. ratione potenti

Quattuor inde plagas quadrati colligit orbis;

Splendidus auctoris deuertice fulget eous;

Occiduo sacre lambuntur sidere plantae;

Arcton dextra tenet; mediu leua erigit axem;

Cunctaq; demembris uiuit natura creantis.

Et cruce complexum xps regit undiq; mundu;

Scribitur et titulus hic est rex iudeorum

Quod nihil aderitate uacet nam celitus actum

hoc hebrea refert. hoc greca latinaq; ligua;

hoc docet una fides unu ter dicere rege;

huius inexuuiis sors mittitur ut sacra uestis

Intemerata manens a xpo scisma uetaret;

De duobus latronibus

Quin etiam insontis latere exutroq; cruentos

Constituere uiros. meritu licet omnib; unum

Non faciat similis quamuis sententia. namq;

Inter carnifices sco pendente latrones

Par est poena triu. sed dispar causa duoru;

hi mundo sunt quippe rei pro crimine multo.

huic reus est mundus saluatus sanguine iusto;

Suppliciisq; tamen reru dominator inipsis

Iura potestatis non perdidit, aequus utrumq;

Iudex namq; tuens. hunc eligit. hunc reprobauit

Tonmeson est. ubi et inmalo ponitur. Inmalo sic in hoc uersu. ubi hi mundo dapnabiles .i. rei. Inbono sic insequenti uersu ubi reus mundus .i. debitor. quia debet illi fidel[i]tate.

18 · 78

Amborũ meritũ præcelso examine pensans.,
Unus enim quem uita ferox nec morte reliquit
Indñm scelerata mouens conuitia dictis
Mordebat proprijs. & tamquam setiger hircus
Ore ueneno uitem lacerabat amoenam.,
Alter adorato per uerba precantia xp̃o
Saucia deiectus flectebat lumina. tantum
Lumina. nam geminas arcebant uulnera palmas.,
Quem dñs ceu pastor ouem deserta pererra
Colligit errantem. secumq: adducere gaudet
In campos paradise tuos. ubi flore perhenni
Gramineus blanditur ager. nemorũq: uoluptas
Inriguis nutritur aquis., interq: benigne
Conspicuos pomis non deficientibus hortos
Ingemit antiquũ serpens habitare colonũ.,
Ambo igitur uariũ diuerso calle latrones
Adgressi facinus uiolentũ grande patrarunt.,
Infernas adit ille fores. adit ille supernas.,
Ille profunda sequens penetrauit claustra gehennæ.,
Abstulit iste suis cælorum regna rapinis., Ubi obscurat sol & luna
Interea horrendæ subito uenere tenebrae.
Et totũ tenuere polum. mestisq: nigrantem
Exequiis texere diem., sol nube choruscos
Abscondens radios. tetro uelatus amictu
Delituit. tristemq: infecit luctibus orbem.,
Hunc elementa sibi meruerunt cernere uultũ
Auxilijs orbata patris. lætata per ortum.
Mesta per occasum., nam lux ut tempore fulsit
Nascentis dñi. sic hoc moriente recessit.
Non absens mansura diu. sed mistica signans
Per spatiu secreta suũ., quippe ut trib: horis

Cambridge University Library
Licensed under Creative Commons Attribution-NonCommercial 4.0 Unported License (CC BY-NC 4.0)

Ceca tenebrosi latuerunt sidera cæli.
Sic dum clausi triduo tulit anthra sepulchri,
Et tellus sine clade fuit. que talia cernens
Funditus intremuit, dubioq; in fine supremu
Expauit natura modu. ne cogeret omnem
Summus apex inferna petens succubere molem.
Auctoremq; sequens per tartara mundus abiret.
Sed pietas inmensa uagas properabat adumbras.
Perdita restituens non consistentia perdens.

Ubi acoetu cu felle xpo porrigitur

Nulla tamen tanti metuerunt signa piacli.
Qui dnm figere cruci, qui insuper haustu
Cum peteret sitiens. unus de plebe nefanda
penniculo infusum calamo porrexit acoetu.
Manentibus populis in deteriora uolutis.
Conueniens liquor ille fuit, nam dulcia uina
Sicut in horrendu cu conuertuntur acoetu
A mensis proiecta iacent. ita tempore prisco
Gens accepta deo. nunc est odiosa propago.

Expl lib IIII. Incip V.

Ergo ubi cuncta boni completa est passio xpi
Ipse anima proprio dimisit corpore scam.
Ipse iteru sumpturus eam, quia mortuus idem
Idem uiuus erat. membris obeuntibus ipse
Non obeunte deo, cuius uirtute retrorsum
Inferna patuere uiae, ruptaeq; fatiscunt
Diuisa compage petrae, rediuiua iacentum
Corpora scorum fractis abiere sepulchris.
In cineres animata suos, subitoq; fragore
Illud ouans templu maioris culmina templi
Procubuisse uidens ritu plangentis alumni
Saucia discisso nudauit pectora uelo.

Ao 80.
79

p sua — xpianis
Interiora sui poplis archana futuris
s. — carnali intellectu
Iam reseranda docens quia lex uelamine moisi
dno — aperitur
Tecta xpo nobis ueniente patescit.
s. est
Oic ubi nunc tristis uictoria · dic ubi nunc sit
aculeus — s. o
Mors stimulus horrenda tuus · quae semper opimis
Instaurata malis cunctas inuadere gentes.
p solebas — s. o — s. mors
Penali dicione soles; en pessima non tu
s. ut eu uincas — s. ut te uincat & superet
Peruenis ad xpm · sed xps peruenit ad te
Cui uicit sine morte mori; quiq: omnia gignens
creauit — aliqd
Omnia constituens · te non formauit ut esses;
de — serpentino — a — s. o mors
Semine uipereo culpa genetrice crearis.
xpi — suos
Et uenia regnante peris; iam sps artus
suu — incruce
Liquerat ad tempus; patulo iam frigida ligno
s. iudeor — csilia
Viscera pendebant; & adhuc furor arma ministrans
lancea — apto
Cuspide pfossum uiolat latus; atq: patenti
rubicundus
Vulnere purpureus cruor · & simul unda cucurrit
xpiane
Hec sunt quippe · sacre pro religionis honore
q pascim — q potam — qua renascim
Corpus · sanguis · aqua · tria uite munera nrae;
ex baptismo — nos — de
Fonte renascentes · membris & sanguine xpi
sum
Vescimur · atq: ideo templum deitatis habemur;
templu — concedat — sine — macula
Quod seruare ds nos annuat inmaculatum
s. nos infirmos — habitatore — dignos idoneos
Et faciat tenues tanto mansore capaces
com — nobile plenu diuinitate
Ergo ubi depositi thesaurum corporis amplum
Nobilis accepit dno locus ille iacente
& inde surrex
Nobilior surgente tamen · generatio fallax
multiplicabat — scelus — & — media nocte
Augebat sub corde nefas · ne nocte silenti
resurrexisse
Discipli xpm rapere & abisse referrent
Tcia
Ter redeunte die · sicut predixerat ipse;
i. auxilia — t poscit
Quo stimulante metu · uigilum munimina poscunt
s. sibi — custodia
Plura dari · seuaq: locum obsidione teneri;
Sinondum post uincla crucis post uulnera ferri ·

Ubi monumentu custodit.

Post obitum moras [multiplici] numerosa cede cruentam
Carnifices implestis opus. nec creditis illum.
Qui totiens animas [s. aliorum hominum] imis produxit ab umbris
Posse suam [s. animam] reuocare; magis peioribus aptos
Consiliis armate dolos; signate sepulchrum;
Ponite custodes: monumento aduoluite saxum;
Quis poterit seruare deum: cui [sbo infinite] cardine rerum
Cuncta patent; [in] undis habitat. [per] tartara regnat.
Et caeli de nube tonat; quid saeue tumultus
Excubiis [uigiliis] dependis opus; quid niteris illam
Explorare [inuestigare] fidem. cui non uis credulus esse;

DE RESURRECTIONE DNI.

Coeperat interea post tristia sabbata felix
Inradiare dies culmen qui nominis alti
A domino dominante trahit; primusque uidere
Promeruit nasci [creari] mundum atque resurgere xpm;
Septima nam genesis [generatio] cum dicit sabbata claret
Hunc orbis caput esse diem; quem gloria [maiestas xpi] regis
Hunc etiam [s. sicut et in principio] proprii donans [exornans] fulgore trophei [uictoriae sue]
Primatum [principatum] retinere dedit; hoc luminis [s. in] ortu
Uirgo parens aliaeque simul cum [cum unguento] munere matres
Messis aromaticae. notum [cognitum] uenere dolentes [gementes]
Ad tumulum; uacuumque uident iam corpore factum.
Sed plenum uirtute [s. angelica] locum. nam missus ab astris
Angelus amoti [separati] residebat [in] uertice saxi.
Flammeus aspectu. niueo [candido] praeclarus amictu;
Qui gemina specie terrorem [s. custodibus] et gaudia [s. mulieribus] portans.
Cunctaque dispensans [efficiens]. custodibus igne [s. rn] minacem
Uenerat in formam xpm querentibus albam;
Ille igitur dominum calcata uiuere morte.
Angelica [narratione] didicere fide [fideli]; [a. attestatione] perterritus autem
Miles in ancipiti retinet discrimine uitam

Deserta statione fugax testisq; timoris
Vera refert gratis; postquam data munera fallit
Discipulumq; globum placidi sub tempore somni
Clam sibi nocturna xpm abstraxisse rapina.
Compositus simulator ait; fare improbe custos.
Responde scelerata choors; si xps ut audes
Dicere concluso furtim productus ab antro
Sopitos latuit. cuius iacet intus amictus.
Cuius ad exuuias sed & angli? anne beati
Corporis ablator uelocius esse putauit.
Soluere contectum qua deuestare ligatum.
Cum mora sit furtis contraria; cautius ergo
Cum dn̄o potuere magis sua linthea tolli;
Mentita est uox uana sibi; tamen ista figuram
Res hab& egregiam. iudeis constat ademptum
Quem nos deuoto portamus pectore xpm;
Plange sacerdotes prauos plange ministros,
Et populum o iudea tuum praualib: ausis
Horrida nonuinctus noniam tua uictima grata;
Que nam bella tibi clang& tuba rege perempto.
Quis tuus unctus erit que uerum amiseris unctum.
Victima que dabitur. cum uictima pastor habetur.
Discedat sinagoga suo fuscata colore;
Aecclesiam pulchro xps sibi iunxit amore;
haec est conspicuo radians in honore marie;
Que cum clarifico semp sit nomine mater
Semp uirgo man&; marie se quippe resurgens
Luce palam dn̄s prius obtulit; ut bona mater
Grandia diuulgans miracula que fuit olim
Aduenientis iter haec sit redeuntis & index Ubi dn̄s se
Mox aliis conuiua potens in fragmine panis ostendit in fractione panis

Agnitus intrat qui uerus panis apertas
Semper adest oculis fidei quos grã claros
Efficit ut dnm uiuentem cernere possint;
Sepe dehinc proprios diuersi temporis horis
Discipulos manifestus adit; uescentib: illis
Exemplo nunc ora ferens nunc piscis obusti
Atq: faui mandens epulas quo rite doceret
Corporeas res esse dapes se seq: uideri
In membris quib: ante fuit; formidine rursus

Ubi dñs se thome ostendit

Plebis apostaticę dum quae ceca negasset
Cum forib: clausis resideret turba fidelis
Pace salutantis sese obtulit atq: foratas
Expandens palmas nudat latus; ast ibi thomas
Cui didimus cognomen erat cum fr̃ib: una
Non fuerat; dubiamq: fidem subcorde gerebat
Donec rursus eo pariter residente ueniret
Qui numquã subtractus erat; tunc limine clauso
Constitit inmedio nondedignatus apertum
Discipulo monstrare latus tactuq: probari
Vulneris & mentem patienter ferre labantis
Agnitus hinc potius quod sit dubitantis amicus
Quisquis enim artifices ceca subimagine fraudes
Instruit. & uanas cupit exercere loquelas
Non uult cognosci non uult sua facta requiri
Ut lateant sub nube doli; nebulaq: recludens
Omnia sollicitos odit simulator amicos;

Ubi dñs se petro ostendit

Gnarus item dñs petro piscante per equor
Cum sociis captum esse nihil dimittere lina
In dextras hortatur aquas; mox gurgite clauso
Pendula fluctiuagam traxerunt retia pdã;
Pertipicam noscenda uiam; nam retia dignis

Lucida sunt precepta dei quib: omis in illa
Dextra parte manens concluditur; ac simul ulnis
Fertur aptlicis dñi ad uestigia xp̄i Ubi discipuli xp̄m
Nec piscis pruneq: uacant . & panis in uno agnouer.
Discipulis inuenta loco; quis nam ambigat unā
his reb: constare fidem; quippe est aqua piscis;
Xp̄s adest panis & scs sp̄s ignis;
hinc & enim abluimur hoc pascimur. inde sacramur
Tunc epulis preceptor eos inuitat edendis
Alloquiis de more piis; mensamq: petentes
Unanimes nota dñi bonitate fruuntur
Et xp̄m sensere suum; modicoq: paratu. Ubi dñs comisit
Postquam uicta famis & surrexere relictis oues petro.
Rite thoris; an corde petrus se diligat alto
Explorat dñs; petrus annuit; ergo nitentes
Pastor amans augere greges opario in omni
Parte bono commendat oues. comdat & agnos.
hec terno sermone monens. ut t̄na negatas
Culpa recens parili numero purgata maneret; Ubi pec[...]
Inde sequenda docens pacem oms inquit habere. pri[...]
Pacem ferte meam. pacē portate quietam. pacē
Pacem p populos monitis dispergite scis; habe[...]
Et mundum uacuate malis, gentesq: uocari
Finib: e cunctis latus qua tenditur orbis
Iussis mando meis . omsq: in fonte lauari
Haec ubi dicta pio dñs sermone peregit. De ascensione dñi.
Bethanie mox arua petit; coramq: beatis
Quitantum meruere uiris spectare triumphum.
Aetherias euectus abit sublimis in auras
Ad dexteram sed& ipse patris . totumq: gubernat
Iure suo; qui cuncta tenens excelsa uel ima.

Tartara post celum penetrat · post tartara celum;
Illi autem leti cernentes uultib: altas
Ire sup nubes dnm · tractusq: coruscos ·
Uestigiis calcare suis · uenerantes adorant ·
Sidereasq: uias alacri sub corde reportant ·
Quas cunctos doceant; testes nam iure fideles
Diuinae uirtutis erant · qui plura uidentes
Innumerabilium scripserunt pauca bonorum
Nam si cuncta sacris uoluissent tradere cartis
Facta redemptoris · nec totus cingere mundus
Sufficeret densos p̄tanta uolumina libros;

Ymnus Seduli de ueteri & nouo testam̄to.

Cantemus socii dn̄o cantemus honorem
Dulcis amor xp̄i personet ore pio
Primus ad ima ruit magna de luce superbus SATAN
Sic homo cum tumuit primus ad ima ruit; ADAM
Unius ob meritum cuncti periere minores ADAE
Saluantur cuncti unius ob meritum; XPI
Sola fuit mulier patuit qua ianua leto EVA
Et qua uita redit sola fuit mulier; MARIA
Frater iniquus erat iustum qui perculit olim CAIN
Dampnator xp̄i fr̄ iniquus erat; IUDAS
Transitus ille mon& quid prima amisit origo ENOCH
Quid uentura parent transitus ille mon&; FIDELES
Arca leuatur aquis homines ne perderet equor NOE
Hepereant homines arca leuatur aquis;
Sume pater poplos pronati uiuere cunctos ISAAC
Cum tradis xp̄m sume pater populos;
Hostia summa patris tacitis signata figuris
Quam reserat xp̄s hostia summa patris;
Claudicat ecce uidens dn̄m dum preualet heres IACOB

Heres · iacob ad quē uenit hereditas isaac. De iacob loq̄t quando p̄ liauit cū angelo. Iacob claudus fuit q̄a angelus tetigit eū in neruis & p̄pt̄ mist̄iū · & ideo iudei n̄ manducant neruos.

Venundatus a veneo venis quasi venum eo. sed venum non est in usu.

Aspera gens Christum claudicat ecce videns;
Reppulit ille famem venitus crimine fratrum
Venditus est Christus reppulit ille famem.
Perfide corde peris dum vastant omnia plagae
Cum cessant plagae perfide corde peris
Agnus ab hoste sacer, revocavit sanguine patres
Sanguine nosque refert agnus ab hoste sacer
Obruit unda nefas populo gradiente per aequor
Hunc populi mundi obruit unda nefas.
Murmurat impietas manna veniente refecta
Panis adest Christus murmurat impietas.
Plebs sibi dura caput terre cultoris adoptat
Abstulit heu Christum plebs sibi dura capud.
Lex dedit indicium veteris de crimine pene
Quoque salus veniat lex dedit indicium;
En lapis inriguus satiare incredule fonte
Qui Christum reprobas en lapis inriguus
Carpitur igne sacro munus votumque piorum
Seditiosa tribus carpitur igne sacro;
Regna beata patris legis non contigit heres
Ihesus dispensat regna beata patris.
Destruit arca dei muros dum circuit hostem
Sic hostem mundi destruet arca dei;
Area vellus habet madido sed vellere sicca est
Sic cum tota madens area vellus habet
Vincis honore dei promisso in munere gentes
Affectu nate vincis honore dei.
Tu decus omne tuis qui sternis caede goliam
Qui vincis mundum tu decus omne tuis;
Maxima dona dei cuncti cecinere prophete
Implevit Christus maxima dona dei;

Populus israel Christo veniente madens infidelitate. legis littera sicca cortice rodebat.

Cambridge University Library
Licensed under Creative Commons Attribution-NonCommercial 4.0 Unported License (CC BY-NC 4.0)

Pondera dura tulit mandatum legis & iram
Gratia mandati pondera dura tulit
Virgo maria nitet nullo temerante pudore
Post partum pueri uirgo maria nitet
Filius hic hominis fit maxima questio mundi
Nobiscum ds est filius hic hominis
Gaudia magna dei mundus pcepit & ambit
Respuit heu mundus gaudia magna dei
Signa mouent populos cernunt magnalia cecı
Nulla tamen duros signa mouent populos
Aspera mors populis ligno deducta cucurrit
Aufertur ligno aspera mors poplis
Ipse tulit dns pro penis munera seruis
Pro seruis penas ipse tulit dns
Vita beata necem miseris auertere uenit
Pertulit a miseris uita beata necem
Lumen adesse dei persensit tartarus ingens
Nec credunt homines lum adesse dei
Mors fera p hominem miserū sibi subdidit orbē
Subdita contremuit mors fera p hominem
Suscitat ecce genus morti pat ille profan
Adunctam xps suscitat ecce genus
Hic populus dnm dura ceruice negauit
Suscepit primum hic poplis dnm
Sanguine leta fuso redit gens impia xpi
Gustato xpi sanguine leta redit
Crimina cuncta suis terrenus contulit auctor
Dissoluit xps crimina cuncta suis
Libera corda sibi facinus deuinxerat olim
Nunc reficit xps libera corda sibi
Fortia uincla dedit peccati seua potestas

Dulcis amor xpi fortia uincla dedit
Iam superastra sed& cuncti exultate fideles
Perfide quid seuis iam sup astra sed&
Mortuus ille tonat celum terramq: subegit
Quid facient hostes mortuus ille tonat
Pellitur umbra die xpi ueniente figura
Xps adit gentes pellitur umbra die
Te properare docent & signa & scta prima
Hos sacra que gerimus te properare docent
Unicus aduemens firmauit uota priorum
Uota dedit nobis unicus aduemens
Passio xpe tui compleuit munera legis
Munera nra repl& passio xpe tui
Hic homo qui ds est spes est antiqua prioru
Spes in fine pius hic homo qui deus est
Munus erit fidei toto credentib: aeuo
Qui dedit ut credant munus erit fidei
Te ueniente ds mundanus concidit error
Occubuit mundus te ueniente deus
Gra plena dei est que totis gentib: extat
Abscedant secte gra plena dei est
Sola columba redit que totum circuit orbe
Discedant corui sola columba redit
Adueni& dns dare digna pius mala prauis.
Credite iam miseri adueni& dns.
Uisio xpe tui tormentum & poena maloy est
Gta cuncta bonis uisio xpe tui
Gloria magna patri semp tibi gta nate
Cum sco spu gta magna patri. amen.

A solis ortus cardine. Adusq: tre limite.
Xpm canamus principe. Natu maria uirgine;

Beatus auctor scli. Seruile corpus induit.
Ut carne carnē liberans. Ne perderet q condidit;
Clausae parentis uiscera. Celestis intrat gra.
Uent̄ puelle baiolat. secreta que non nouerat;
Domus pudici pectoris. Templū repente fit dei.
Intacta nesciens uirū. Uerbo concepit filium;
Enixa est puerpera. Quem gabrihel pdixerat.
Quem matris aluo gestiens. clausus iohs senserat;
Feno iacere ptulit. presepe non abhorruit.
Paruoq; lacte pastus est. Perquē nec ales esurit;
Gaudet chorus celestiū. Et angli canunt deo.
Palāq; fit pastorib;. Pastor creator omnium;
Hostis herodes impie. Xp̄m uenire quid times.
Neripit mortalia. Qui regna dat celestia.
Ibant magi quā uiderant. Stellā sequentes p̄uiam.
Lumen requirunt lumine. Dm̄ fatentur munere;
Katua matrū psonat. Conlisa deflens pignora.
Quorū tirannus milia. Xp̄o sacrauit uictimam;
Lauacra puri gurgitis. Celestis agn̄ attigit.
Peccata que n̄detulit. Nos abluendo sustulit;
Miraculis dedit fidē. habere se dm̄ patrē;
Infirma sanans corpora. Et suscitans cadauera;
Nouū genus potentiae. Aquae rubescunt ydriae.
Uinūq; iussa fundere. Mutauit unda originem;
Orat salutē seruulo. Nixus genu centurio.
Credentis ardor plurimū. Extinguit febres ignium.
Petrus p undas ambulat. Xp̄i leuatus dextera.
Natura quā negauerat. fides parauit semitā;
Quarta die iā foetidus. Uitam recepit lazarus.
Mortisq; liber uinculis. Factus superstes est sibi;
Riuos cruoris torridi. Contacta uestis obstruit.

Fletu rigante supplicis. Arent fluenta sanguinis.,
Solutus omni corpore. Iussus repente surgere.
Suis uicissim gressibus. Aeger uehebat lectulū.,
Tunc iudas ille carnifex. Ausus magistrū tradere.
Pacē ferebat osculo. Quam non habebat pectore.,
Uerax datur fallacibus. Piū flagellat impius.
Crucią: fixus innocens. Coniungitur latronibus.,
Xero mirrā post sabbatū. Quedam uehebant corpori.
Quibus cecinit anglš. Uiuū sepulchro non tegi.
Ymnis uenite dulcibus. Omnes canentes subditū.
Xp̄i triumpho tartarū. Qui nos redemit uenditū.,
Zelū draconis inuidi. Et os leonis pessimi.
Calcauit unicus dei. Seseq: cælis reddidit. Amen.

Sedulius domini per culta noualia pergen S
En loca perspexit multo radiantia flor e
Discurrit per petra (prata) libens. quo gramine dau D
Uidit diuino moderantia carmina cant u.
Laudibus et psallente uiro refluit cithara me L.
Ille ubi grandisoni campos dulcedine plectr I
Ynitur excellere graditur plilia pass Y
Sacratos iterum late conspexerit amo S
Aeterna xp̄i fluuios quos abluit und A
Hec passus corpore diu doctoris acume N
Tunc sua dauitico dilecta plectra poposci T
Irrita polluti contempsit numina mund I
Signa crucis fronti ponit breuitq: triumpho S
Tangit xp̄e tuos numeroq: p̄ma liba T
Ergo his dū uario decorat sua rura color E
Stabant hi garrula ducti testudine uersu S;
Sedulius xp̄i miracula uersib: eden S
Emicat inuitans paruis ad sollempnia mensa E

D ignum communum ñ hunc qui carper& illu D
U ixq; nobilium triplici fert aula parat U
L oetūq; ponit sibi aurea tecta tribuna L
I nquo gemmiferi totque aurea uasa conferri I
V iuida promodico portant sibi prandia uict U
S edq; holus uile producit paupis ortu S
A t post dilicias pperant qui sumere magn A
H ituntur paruum miseroꝝ spnere germe H
T utūq; nihil est dū conuescendo tumescit T
I nsidias membris moueat animeq; ludent I
S i tam his dapib; uesci dignatur degeni S
T empnat diuitias animꝰ pacisq; quiescat T
E xemplo assumptus dñi. q milia qnqu E
S emotis cunctis modicis saturauit abesci S

DÑO SCŌ AC VENERABILI ET IN XPI GRA SPIRITALITER ERUDITO · FLORIANO ABBATI · ARATOR SUBDIACONUS :-

QUI meriti florem maturis sensib; ortu
Nominis ore tui iam Floriane tenes.
Nā prima tuis adhuc senib; documta dedisti.
E quib; in cælum uita pararet iter.
Ad carmen concurre meū · pedibusq; labanti
Porrige de placido sepe fauore manum.
Ieiuno sermone quidem sed pinguia gesta
Scripsimus · ac pelagi pondere gutta fluit.
Inter grandibus quos p mille uolumina libros
Maxima cū teneas & breuiora lege.
Naturæq; modo quam rerū condidit auctor
Concordent studiis celsa uel ima tuis.
Que genuit tygres que nutrit terra leones
Formicis apibus prebuit ipsa sinum.

Et si respiciat dispenset ut omnia rector
Ingeniu mites. uim meruere truces.,
Ipsaq: continuu uirtus infracta laborem
Deserit. & uarias quaerit habere uices.,
Loricam solitus membris inponere miles
Gimnasii gaudet nudus adire locum.,
Et qui ferratas acies atq: agmina uincunt.
Inbelles feriunt per sua tela feras.,
Ergo gradum retinens. & prisca uolumina linquens.
Cede dies operi quod pia causa iuuat.,

ILLUSTRI SCO & DOMNO FLORIANO ABBATI. DNO SCO AC BEATISSIMO ATQ: APLICO. & IN TOTO ORBE PRIMO OMNIUM SACERDOTU PAPAE VIGILIO ARATOR SUBDIACON SALUTE.

Incipit prologus Aratoris subdiaconi ad uigiliu papa.

Moenibus undosis belloru incendia cernens.
pars ego tunc populi tela pauentis eram.,
Publica libertas sanctissime papa uigili
Aduenis incluso soluere uincla gregi.,
Degladiis rapiuntur oues pastore ministro.
Inq: humeris ferimur te reuocante pius.,
Corporeu satis est sic euasisse periclum.
At mihi plus animae nascitur, salus.,
Aecclesiam subeo dimissa naufragus aula.,
Perfida mundani desero uela freti.,
Transferor ad niueas petri sine turbine caulas.
Et fruor optata iam statione soli.,
Litoris ille sinus ad carbasa nra paratur.
Fluctibus in medius cui uia sicca fuit.,
Esse reus potero graues si reddere cessem.,
Unius officio displicuere nouem.,
Sensibus ardor inest horu celebrare labores.

Quorum voce fides optinet orbis iter.
Versibus ergo canam quos lucas retulit actus.
historiamque sequens carmina vera loquar.
Alternis reserabo modis quod littera pandit.
et reliqua mihi mistica corde datur.
Metrica vis sacris non est incognita libris.
psalterium lirici composuere pedes.
Exametris constare sonis in origine linguae
Cantica hieremiae iob quoque dicta ferunt.
hoc tibi magne pater cum defero munus amoris.
Respice quod meritis debita soluo tuis.
Te duce tyro legor te dogmata disco magistro.
Si quid ab ore placet laus monitoris erit.

Incipit historiae apostolicae lib. Aratoris subdiaconi aecclesiae romanae

Ut sceleris iudea sui polluta cruore
Ausa nefas conpleuit opus rerumque creator
hoc quod ab humanis sumpsit sine crimine membris
Humana pro stirpe dedit dignatus ut ima
Tangeret inferni non linquens ardua caeli.
Soluit ab aeterna dampnatas nocte tenebras
Admanes ingressa dies fugitiua relinquunt
Astra polum comitata deum cruce terra christi.
Uult pariter natura pati mortisque potestas
Se uincente perit quae pondere mersa triumphi
plus rapiens nil iuris habet. diuinaque uirtus
Rursus membra ligans animata cadauera mouit.
Adductam monumenta patent cineresque piorum
Natalem post busta nouant. lux tertia surgit.
Maiestas cum carne redit. speciemque coruscam
Umbrarum de sede refert. ut ab exule limo
Inclusa diu patriae repetatur origo.

Omps parat ipse uias. & corpora secum
Post tumulos regnare iubet. moriente ueneni
Semine. florigero sua germina reddidit orto.,

De eo ubi dns nr ihs xps post resurrectionē uidentib: aplis qb: usq: ad fines trae pdicare iussit signa faciens & manducans cum eis die de monte oliueti in nube suscept9: & eleuat9 in celū. discipliq: mirantes pangelica ammonitionē hierosolimā parit regressi

Iamq: quater denis dns manifesta diebus
Contulerat pigna fidem. cernentib: illis
Usq: sub extremu diffuso in limite mundū.
Quos testes iubet esse suos., miracula rerum
Non poterant celare diu., documenta resurgens
Que sic certa daret quam mandere. corpora uitam
Hinc humana probans., cælū petiturus oliuæ
Progreditur lustrare nemus. quia germine sacro
Luminis & pacis locus est. uult inde reuerti.
Unde creatura signata fronte micantem
Diuinus commendat odor. cu desuper unctos
Abluit interius xpisti de nomine chrisma.,
Tollitur astrigerū rediturus uictor in axem.
Et secū quod sumpsit habet., noua pompa triuphi.,
Arua ds petiit. homo sidera., quis datur illi
Aetheria de parte fragor. quantumq: resultat
Cælestes in laude chori. cum rector olimpi
Euehit excelsis quicquid suscepit ab imis.,
Ingrediensq: polū carnis comitante tropheo.
Exuuias atri raptas de fauce profundi
Lucis in arce locat., terrenosq: erigit artus.
Qua pietate capit., propter quem uenerat ire.,
Discipulos stupor altus agit. quib: ore chorusco
Perspicui dixere uiri. que cognita nobis.

Et miranda sonant, nunc iam speculemur ouantes
Imperiique modum p(er)subdita iussa probemus;
Uirgine matre satus, calcata morte resurgens.
Caeli sceptra petens his nuntiat acta ministris;
Hec cessant elementa suo seruire tonanti;
Stella comes p(ro)gressa magis uenientis honori
Militat obsequio nubes famulatur euntis;
Angelicis igitur postquam est affatib(us) usa
Liquit oliuiferi ueneranda cacumina montis
Admissem p(re)electa manus, qui calle citato
Moenia nota petunt, quo p(er) sua sabbata mille
Passib(us) ire licet; qua tunc statione sedebat.
Porta maria dei genitrix intacta creantis.
Anato formata suo; mala criminis eue
Uirgo secunda fugat, nulla est iniuria sexus;
Restituit q(uam) prima tulit; non uoce querelas
Excitet aut gemitu merentia corda fatiget
Antiqua p(ro) lege dolor; scelera ipsa nefasque
Hac potius mercede placent, mundoque redempto
Sors melior de clade uenit; p(er)sona ruinam
Hon natura dedit, tunc femina facta piclum
Hunc timuit partura, in mortalia gignens.
Et diuina ferens, p(er) quam mediator in orbem
Prodiit. & ueram portauit in ethera carnem.

De eo ubi s(an)c(tu)s petrus de iuda proditore scribit quom suspensus crepuit medius & uiscera eius diffusa s(unt). uocatur etiam ager sanguinis. ammonens ut sicut dauid p(re)dixerat alter eligeretur. & de ioseph cog nominato iusto & mathia [illegible] xii rel[illegible].

Primus apostolico parua de puppe uocatus
Agmine petrus erat. quo piscatore solebat.

Squamea turba capi, subito delictore iussus!
Dum trahit ipse trahi meruit, piscatio xpi
Discipulum dignata rapit· qui retia lax&
Humanum captura genus; que gesserat hamum.
Addauim est translata manus; qq: equoris imi
Ardebat madidas adlitora uertere predas.
Et spoliis implere rate· melioribus undis.
Hunc alia departe leuat nec deserit artem.
Perlatices sua lucra sequens, cui tradidit agnus
Quas passus saluauit oues; totuq: porbem
Hoc aug& pastore gregem; quo munere summi
Surgit. & insinans diuina negotia coram
Sic uenerandus ait; nostis quia proditor amis
Mercedem sceleris soluit sibi; tedia noxae
Horruit ipse suae. stringens inguttture uocem
Exemplo cessante ream; qui parte necari
Promeruit qua culpa fuit. crimq: retractans.
Iudicio tali punisit membra furori.
Aeris ut medio communi poner& hosti
Debita poena locum; caelo tręq: posus
Interutrumq: perit; nullis cedenda sepulchris
Uiscera rupta cadunt. tenuesq: elapsus inauras.
Fugit ab orbe cinis; non haec uacat ultio iudae.
Que suppremą negat· uindictaq: mercis iniquę
Sic placitura uenit, nā cū modo rura parass&
Funeris exptio. cū nomine sanguinis emptus
Cespes. inexternas cōponens busta fauillas
De tumulis fecund& humum, car& impi agri
Fertilitate sui solusq: excluditur aruis.
Que monumta serunt; cui tuba seua cruentū
Est exorsa nefas, qui signifer oscula fingens.

Pacis ab indicio · bellū lupus intulit agno ·;
Hunc opus est uotis q uerba pphetica clamant ·
Quē liceat supplere uices ; tunc sūma pcantes ·
Constituere duos ioseph cognomine iustum ·
Mathiamq; dei paruū, qđ nomen · ut aiunt
Hebreo sermone sonat · humilemq: uocando ·
Comprobat ; quantū distat humana supernis
Iudiciis ; parui merito transcenditur ille
Laude hominum qui iustus erat ; duodena refulgent
Signa chori · trinisq: iubar iaculat olimphi ·
Hec quoq: lux operis qđ pferat edere pgam ;
Quattuor est laterum discretus partib: orbis ·
Trina fides uocat hunc, q noie fonte lauatur ·;
Quattuor ergo simul repetens ē computat · omnē
Quā duodenarius circumuulit ordo figurā ;
Discipulisq: prius qb: hoc baptisma iubetur ·
Mistica causa dedit · numerum remeare pore ;

De eo ubi sps scs in igne ueniens impleuit domū in qua erant apti · qui mox linguis locuti s magnalia dei · ut omniū gentiū aduene mirarent quasi suas linguas · alii musto repletos dixer · ēē · cū ēēt hora tertia ·

Sps aetheria descendens scs ab aula ·
Irradiat fulgore locū · q flemma beatum
Aecclesiae nascentis erat qb: igne magistro ·
Imbuit ora calor dictisq: fluentib: exit
Linguarū populosa seges ; n littera gessit
Officium · n ingenii stillauit ab aure
Uena · nec egregias signauit cera loquelas ·;
Sola fuit doctrina fides · opulentaq: uerbi ·
Materies celeste datū ·, noua uocis origo ·
Quę numerosa uenit · totoq: ex orbe disertis ·

Sufficit una loqui, dudum vetus aequoris arca
Cum superasset aquas, turrem voluere maligni
In caelum proferre suam, quibus impia corda
Sermonum secuere modos: sociisque superbis
Affectus cum voce perit, confusio linguae
Consimili tunc gente fuit: nunc pluribus una est
Aecclesiae quae venientis imagine gaudet
Concordes habitura sonos, et pace modestis
Fit facunda redux humilisque recolligit ordo
Quod tumidi sparsere viri, res maxima cogit
Non reticere diu: quid sit quod spiritus almus
His datur in flammis: iordanis ab amne columba,
Quod tunc testis erat, promissaque debita solvam.
Si sua dona ferat, duo sunt haec signa figurae.
Visa est simplicitas, quam congrua diligit ales,
Quae nec tarda gerat sine dogmatis igne tepores:
Sit pariter succensa fides, ubi destinat undis
Unanimes, hic ore iubet flagrare docentes,
Mentibus instat amor, sermonibus aestuat ardor,
Hoc etiam mystico typica ratione moveri
Error vertit ait, quos ebria fonte recenti
Complevit doctrina poli, nova vasa liquorem
Suscipere novum, nec corrumpuntur acervo:
Quo veteres madidere lacus de vite bibentes
Quae Christo cultore dedit convivia verbis.
Unde rubent quas vertit aquas, tenuemque saporem
Legis in aecclesia fecit fervescere libris.
Tertia sideris inclaruit hora loquelis.
Hunc numerum dominus habet, substantia simplex,
Personis distincta tribus, quae plurima nobis
Instrumenta patent, simul haec et tempora monstrant.

De eo ubi scs petrus de incarnatione & passione ac resurrectione xpi t quomodo dolores inferni soluti sunt praedicans admonuit ut a iudeorum praua generatione discederent & baptizabantur.

Primus at ille petrus cui seruit in aequore gressus
Retia iam cupiens hominum uibrare saluti.
Ut piscator ouans leuet has de fonte cateruas.
Retulit aetherios populo mirante triumphos;
Venit ad occiduas carnaliter editus oras.
Humana sub lege ds.; qui temporis expers
Principium de matre tulit; nec uile putauit
Maiestate potens terreni sumere formam
Corporis, atque opifex hominum pars esse; suoque
Hos pretio reuocare sibi; post dona salutis.
Postque tot erectos pulsis languoribus aegros.
Cum deflata etiam pfunctaque corpora luci
Redderet. & supas iterum concederet auras.
Se quoque pmittens fusus genitricis ab aluo;
Carnis iura pati; uitam ne pderet orbis
Maluit ipse mori; sed quod de uirgine feta
Nascitur. illud obit; ligno suspenditur insons.
Et ligni uacuatur onus; sic uulnus iniqui
Fit medicina dei; pauidis resplenduit umbris.
Pallida regna petens.; propria que luce choruscum
Non potuit fuscare chaos; fugere dolores;
Infernus tunc esse timet.; nullumque coercens
Ipse pena redit; noua tortor ad otia languet
Tartara mesta gemunt. qa uincula cuncta gesit;
Mors ibi quid faceret. quo uite portitor ibat?
Hunc ds omips cui numquam terminus instat
Post sacra busta leuat; radiante in corpore ihm
Vidimus. & pprius reduce conspeximus astris;

uox petri — extirpanda — peccata — a — iudeae — o — quando dixerunt.
Sed fugite o miseri funesta piacula gentis.
genti — antiquas — repellere — culpas — sanguis eius super
Cui ueniente deo ueteres auertere noxas.
dilatata sunt — nos et super filios
Addita sacrilege creuerunt uulnera culpae,
s. o — maledicto o — nostros
Cur natos iudea tuos prauota cruoris. xpi
interfectrix. deos — cur
Parricida trahis. quid xpi sanguine fuso
natos — obruis
Hos tecum dampnata premis. nec dumque creatos
cur — efficere — culpabiles
Festinas proferre reos. homicidaque lingua
ut non nascantur nisi maledicti — tardior — natiuitas
Naturae percussit iter; cui serior ortus
piaculum — nutrit — sceleratorum — progenies
Quam facinus discrimen alit. scelerumque propago
natiuitate — obiit — uulnerata — inuocatione
De natale perit. que saucia uoce parentum.
mundum — dampnata — nascitur
In lucem punita uenit; si soluere cura est
augmenta — s. baptismatis
Fecundi crementa mali. felicibus undis
s. per illud scelus — renouate — s. iudeorum — s. haec est quae — laxat
Extinctum reparate genus; spes una remittit
cruciamenta — baptizari
Debita supplicii. post crimina uelle renasci;
petrus — s. quam
Multiplicat iam pastor oues; tria milia uulgi
dies pentecostes — baptismo — abluit — xpi
Hominibus ille dies influmine diluit agni;
istic — primitus — imperia — consuetudo
Hic primum post iussa dei baptismatis usus
ortus est — s. adam. s. baptizandi — trinitatis potentia
Exoritur. data iura probans, nam trina potestas.
multitudinem — i. pater mille. filius mille. spiritus sanctus mille
Colligit hanc prolem. numerum partita perlequum,
millenarius numerus perfectus est. sic pater et f. et s. s. — tripertita
perfectus dicitur
Perfectumque est quod mille sonat; sic denique seclis
numerans — s. millenaria
Ponimus etates cum tempora dicimus orbis, mundi. i. ab adam ad noe. et abraham. et moisen. et dauid et usque ad xpm
millenarius — tribus uicibus — i. tria milia
Res perfecta semel. ter iungitur. et facit agmen,
trimillenari — agmen quod petrus bapti- zauit — figura — rudis
Mistica uis numeri: gregis est pia forma nouelli.

De eo ubi post aduentum sancti spiritus erant illis omnia communia et unanimiter collaudabant dominum.

spargitur — inter haec — s. dei — i. una uoluntas
Funditur interea per cunctos gratia sensus. credentium.
s. spiritales — colligit — diues — caritate — s. credentium
Diuitiasque metit locuples in amore uoluntas,
ut sancti homines — conueniant — societate — amore — in dubio
Utque pii coeant in foedera pignore certo.
possessiones. dimittunt — sociant — i. omnine. quia totum censum dimiserunt
Res laxant et corda ligant sine limine census.
unanimitate — communi — licuit — quam non ante sic legitur uixisse apostolos
Affectu consorte licet; noua iura beatis.
larga — creuere — s. dei — i. fidelibus laeta — fertilitate
Munifica fluxere manu, quibus ubere laeto.

Cambridge University Library
Licensed under Creative Commons Attribution-NonCommercial 4.0 Unported License (CC BY-NC 4.0)

Diuisae geminantur opes, & crescit in omnes
Quod faciunt commune sibi, totumque capessunt
Qui propriu[m] nihil esse uolunt, quo fonte cucurrit
Haec probitas, quae uel illa fuit bonitatis origo.
Hinc canere incipiam, sacris bis sp[iritu]s almus
Discipulis concessus erat, spiratus in illos.
A xpo surgente semel, post missus ab astris
Nescia uerba uiris facundus detulit ignis.
Ne quid inexpertu[m] studio meditemur inani:
Sp[iritu]s alme ueni, sine te non dicere umqua[m]
Munera da linguae, qui das in munere linguas.
Haec iterata reor confirmant praemia iustos.
Ut duo iussa colant tabulis conscripta duabus.
Dilige mente deu[m] feruenti plenus amore,
Rursus ait, carus tibi sit quoque proximus ut tu.
Hoc pactu[m] ius omne tenet, quod sp[iritu]s almus
Bis ueniens per corda creat, semel hunc dedit auctor
In terris ut ametur homo, post misit ab astris.
Ut flagrent humana deu[m], dilectio prima e[st];
Quae d[omi]n[u]m uehementer amet, cui deinde s[e]c[un]da e[st]
Quae sociat mortale genus, tamen incipit ante
Posterior numero, sequitur comitata s[e]c[un]da
Quae prior est, sic forma docet, nisi diligis inq[ui]t
Cernere quem potis es fratrem, quem cernere non es
Nescis amare deu[m], concordia nexa calescat
Ergo pari uoto d[omi]n[u]mque in pectore condat
Fratris amor, geminae sibi sit substantia causae.

De eo ubi petrus cu[m] iohanne ad porta[m] templi speciosa[m] claudu[m] quadragenariu[m] ex utero mendicante[m] respexit. negans sibi e[ss]e diuitias apprehensu[m] eu[m] manu ubi curauit. q[uo]d exiliens iuit cu[m] illis in templu[m] salomonis.

Claudus erat cui prima dies exordia uitæ
Membrorũ cũ strage dedit languore coæuo
Octo lustra gerens, ad quem comitante iohanne
Respice petrus ait, uotũ spes lusit auarum.
Cumq: negat meliora parat, quã sepe grauatos
Desperata iuuant. & semine nata sinistro
Prosperitas celans mestis confinia læta
Principiis aduersa uenit, gaudebit egenus
Plus uacua meruisse manu: qui munera poscens
Est datus ipse sibi, nulla hic mihi uena metalli
Respondit quę fundat opes, ego ditior ægro
Pauper ero, progressus abi, de uoce iubentis
Exilit medicina potens. atq: hospite gressu
Conuertere pedes, cunabula longa relinquens.
Calcauit ueteranus humũ, plantisq: nouellis
Materies se prisca mouet, cui præpete cursu
Protulit incessus quicquid non edidit ortus.
Stat facti manifesta fides, sed & altera nobis
Res aperit quod causa gerit, gens nomen ab illo
Israhel dicta tenet qui bella reliquerat æger
Conatus certare deo, tulit ipse figuram
Corporis ante grauem quã post in uulnere mentis
Israhel claudus habet, qui per sua crimina labens
Corde magis quã carne fluit. spatiisq: sub ipsis
Quadraginta annos aegypti fine remotus
Claudicat aegyptũ cupiens. atq: idola querens.
Ponitur ad portam speciosam debilis, ultra
Non ualet ire miser. nec limina tangere portæ.
Culpa negauit iter, qui sunt qui pectore claudũ
Israhel ferre solent, portæq: adiungere certant
Quę speciosa suo prodit denomine hiesum.

Isaias danihel similes quoque ore prophetae
Obscuris manifesta canunt miracula xpi.
Et porte quae nomen habet sic ammonet ipse
Porta ego sum uobis; qui per me intrare recusat
Fur erit ille nocens; possunt portare prophete
Ad portam cernenda magis quam uisa loquentes
In templum non ferre queunt; hec ianua petro
Credita qui xpm confessus cognita monstrat. (Tu es xps filius dei uiui)
Conuenit ut sonat; uetitus sine fine iacebis
Ni petrum iam claude roges qui noxia pellens
Utilitatis onus; rerum cui censuit auctor.
Hec per eum gestare sibi; pete dona salutis
Non fragiles fecteris opes. quas spernere debet
Cum domino qui diues erit; post limina templi
Porticus hunc salomonis habet. qui iure uocatur
Pacificus; regnante fide. quia semper in orbe
Pacificus nisi xps erit. hic pertegit omnem
Qui petro ductore placet. quo presule surgit genus

De eo ubi interdicebant iudei ne hoc signum in xpi
factum nomine praedicarent. qui sancto petro respondente
contempti dimissique ad apostolos alios sunt regressi.
quod propter populum eos retinere timuerunt.

Agmine iam niueo per milia quinque uirorum
Aecclesiae crescebat apex; arcere laborat
Hunc iudea coli. cuius de munere fluxit
Quod uirtus operata dedit; sed linquere xpm
Petri nescit amor; non huic reticebimus inquit
Quo remeat prestante salus; qui iure creantis
Infectum suppleuit opus solidumque decorem
Pars reparat. quam iussa nouauit; hic membra sedentis
Saucia restituit. qui mortua surgere cogit

Fert animus patrare nefas · scelusq; uerendis ·
Sacrilegas inferre neces; o semp iniqui
Dona uidentes & bella mouent · sed coepta relinquunt
Heu oliuete quos turba fou& ; quib; indice claudo
Testis erat mesto ; cumq; hoc sua corda leuabant ;
Nam non parua dedit populo miracula gressus ·
Quem rudis atq; senex nullis iam legib; aeui ·
Uernula sumpsit humi; cum quo stup& ipsa moueri
Que iacuit natura diu; firmataq; nuper
Incessu propiore nouo uestigia signat ·
Que fuerant aliena sibi ; tamen improba proles
Seuit adhuc · fariq; uetat · q' gaudia clamat ;
Quid tantes iudea uechors surrectio xpi
Ut furto celetur emis · sed mania demens
A somno documta petis ; liuore caduco ·
Que sensis uirtute geri ; uis fraude negari ;
Infernum dns cum destructurus adir& ·
Detulit inde suam spoliato funere carnem ;
Uictor ab arce crucis radiantia sig[illegible]a ministrat ;
Sol ruit in tenebras · tu pectore nigra rebellas ;
Arua tremunt concussa locis · tu fixior heres ;
Saxa crepant ; tu dura manes ; iam scissio ueli
Que latuere diu · nudauit mistica templi ;
Lux tua nos adiit ; tecum nox sola remansit ;
Mors sine fine premit · cui numquam uita resurgit
Plantat uetus sociare nouis & condere libris ;
Ne pereas induata cibis ; sine munere quoq;
Arida ficus eris ; nullo quia tempore fructum
Ab xpi uis ferre manum ; neq; cernere quarti
Floruit insertus faciens oleaster oliuas ·
Plenaq; p gentes despinis pullulat uua ;

Uerna · i · legitime natus · Uernula · ex hoc nascit · & q' nos dns uerna romani [illegible] berna · & e cōpositū ex trib; nōib; · b · bonus · er · hereditarius · na · natus · & e bonus hereditarius natus ·

Imminet exhaustis radicib; ira securis
Ut succisa ruas! in iam translata virescas;

De eo ubi sco petro & iohe redeuntib; de miraculo clodi t minis iudeorum. apti dm creatore rerū ab initio laudaver. memorantes de herode & pilato. & rogantes ut p eos signa facer& motus est locus & sps scs advenit;

Postquam mira salus in corpore nata vetusto
Discipulis audita liqu& gentisq; superbae
Cognovere minas celebrant his vocib; ymnum
Tu qui cuncta ds propriis animata figuris
Artifici sermone facis; quiq; edita cernens
Ante vides. rerumq; creas pnoia formas,
Cum herent vox semen erat; nec distulit ortus
Imperium natura sequens; mox sps oris
Aethera curvavit; sola nexuit. aequora fudit.
Materiamq; operis sola est largita voluntas.
He deforme iugum similis portar& imago
Tegmine servili latuit regnator olimphi.
Ut sua gentiles implerent cepta furores,
Quis dolus herodis. cum tristia bella mover&
Infantum mandata neci; quos ubere raptos
Vulnera suscipiunt. parvis errantia membris
Vix habitura locum; seuoq; iubente tiranno
Nasci poena fuit; cuius tulit impetus evum
Quem nesciunt agi qui pdidit, O nova mortis
Condicio. solo vitam profine subire;
Et cum prima dies atq; ultima sit simul una
Posse magis. quam scire mori; quis lumine sicco
Aut gemitu cessante queat memorare pilati
Quod flevere elementa nefas, quo iudice xps
Subdere pro mundi voluit sua membra piclis.

Est tropus in hoc textū q parentesis dr. i. īposita ratiocinatio divisa sententia. Tal enim ē ordo. Tu q cuncta vides ppriis animata figuris. Artifici sermone facis. da famina verbi ptua dona coli. Deinde q media sequunt p ordinē.

Cambridge University Library
Licensed under Creative Commons Attribution-NonCommercial 4.0 Unported License (CC BY-NC 4.0)

Ut carnale malum caro solueret · et ferus hostis
Cuius ab ingenio fluxerunt tela ueneni ·
Perderet antiqui lacrimosa piacula belli ·
Materia superante pari · ne criminis ultra
Per sobolem prodiret onus ; damnatio iusti
Libertas est facta reis ; da semina uerbi
Pertua dona coli ; segnisque noualibus usa
Colligat ista manus te fructificante manipulos ·
De quibus ipse tui componas horrea caeli ·
Triticeamque fidem lolio pereunte corones
Qua sancti fulsere pedes · concurrere uisa est
Pondere terra graui · moxque almus spiritus illis
Splenduit · et linguis facundia creuit obortis ·
Audite ualuere preces · humana propago
Materies terrena sumus · limumque parentem
Nomine prodit homo ; fluxit et impulit arua
Uocis apostolicae · quae de tellure creatos
Fecit habere fidem · sed quod magis exsilit unus
Concutiturque locus · cecinit scriptura decoros
Pacem ferre pedes ; horum sub gressibus ergo
Laeta mouetur humus · quibus est sermone magistri
Pax commissa pii · quae deportata per illos
Exiit in cunctas ueloci munere terras ;

De eo multis milibus credentium unum cor erat et anima una · quia pre laboribus suis ante pedes apostolorum offerebant pretia pauperibus eroganda :

Ecce tot egregiis unum cor esse cateruis
Incipit atque animam populus nanciscitur unam ;
Quis dubitare queat praemistica dogmatis unum
Personas tres esse deum · cum milia uulgi
Conueniunt sub mente pari, numerique frequentes

Inches 1 2
cm 1 2 3 4 5

Sint animi. uelut unus homo; que turba perhenne
Portatura crucem. dominumque secuta fidelem.
Spreuit agros. habitura polos; hec nempe facultas
Fortior est de parte magis conquirere totum.
Atque caducorum pensare manentia causis
Et questum per dampna sequi; non prodige rerum
Venditor ista facis, sed qui tua iura tenere
Ambitiose cupis. paruoque in tempore linquis.
Quod semper uis esse tuum, sic spargere rura
Nolle carere fuit, quid enim substantia prodest
Que seruata perit? quam sideris arce locatam
Commodius qui cedit habet; pete creditor inde
Usurae maioris opem. gazasque recondе
Quo nequeant aduersa pati, nec deterit ullus
Perpetuas ibi casus opes; sine fine tenebis
Quod dominum debere facis. nunc aspice partes
Lector docte pias. et tecum mente sagaci
Volue quid esse putes. rutili quia pompa metalli
Ponitur ante pedes. sacris non tradita dextris;
Destitui debere probant quod tangere uitant.
Calcandumque docent. quod subdunt gressibus aurum;
De quo terrenae ueniunt ad pectora curae
Consimili iactatur humo; quo sistat auare
Mens tua disce loco; quod tu custodis anhelus.
Quod statione premis. quod cernere sepius ardes.
Cuius in amplexus per somnia cuncta recurris.
Horrescunt tractare pii; nec tunc quoque gestant.
Cum bona facta parat; quantum speculantur illo
Stare nefas. et dona gerens contempnit aurum;
De eo ubi Annanias fraudauit de precio agri conscia uxore
et minoris pretii uenditum fuisse confessus et ob hoc in propria falsitate

Cambridge University Library
Licensed under Creative Commons Attribution-NonCommercial 4.0 Unported License (CC BY-NC 4.0)

puniti · cum petrus dixisset annaniae quare fefellisset spiritui sancto · et non esse te hominibus mentitus sed deo.

Decidit infelix Annanias uulnere culpae
Fur census sub fraude sui; cadit impia coniunx
Supplicio percussa pari, quia crimine ab uno
Et commune nefas, quotiens scelus ante pactum
Consensus facit esse suum, nam meritis auarae
Vindex illa fuit sententia; denique quando
Non cessat amor qui pectora semper adurit ·
Quo capitur mortale genus · qua pullulat omne
De radice malum · cuius uiolentius ardet
Ambitio crescente modo, stimulantque rapinis
Addita lucra famem, sed quod mutata uoluntas
Falsi crimen habet, cuique est iam cautio uoti
Stare decet; nec uelle prius uiolare sequenti,
Ius proprium retinere magis quam demere fas est.
Omnibus exemplum sanxit uindicta duorum.
Ne quis dona uocet · que sponsio debita poscit;
Respice uera fides ac dogmate clara beato
Verba require petri; quis non te fallere suasit ·
Conclusitque probans, homines haud talia fando
Deludis mentite deo; que dampnat iniquos.
Aedificat doctrina pios, quod spiritus almus
Sit deus ex multis plana est instructio libris.
Et tamen hinc capit arma fides; quo tendimus ultra.
Quis dubitet quod petrus ait? qui iure uentis
Ad latices hoc stante loco, satis hostibus obstat.
Aecclesiae quod forma sonat; diuisor amare
Iudicium define time; quod criminis auctor
Errorisque tuus est. fusa ruit arrius aluo.
Infelix plus inde cadens laetumque peremptus

Cum iuda commune tulit. qui gutture pendens.
Visceribus uacuatis obit; nec poena sequestrat
Quos par culpa ligat, q̄ maiestatis honori
Vulnus abore parant; hic perdidit; ille diremit;
Sacrilega deuoce rei; dñs arbiter orbis
Personis trib: est. in quo simul una potestas.
Abstulit his species operum bonitate creatas.
Qui fabricatoris nomini spexere decorem.
Erraticesq: putant qui fecerat omnia factum;

De eo ubi sco petro incedente p medium omis egroti iacentes in lecculis et umbra sanabant infirmi. ita ut absq; infirmitatib: suis & demonib: curarentur.

Fama ci& populos admistica signa salutis
Et cunctos properare locis. & pestib: aegros
Inlectis deferre suis; quos urbis in illa
Parte locant qua sacrata ten& uestigia petrus.
O mihi si cursus facundior ora mouer&.
Centenosq: dar& uox ferrea lingua diserta
Hac in laude sonos; quantum speciosior esset
Ambitus eloquii uariis aperire figuris
Singula; nec modicis includere grandia uerbis.
Que fuerit rerum facies. cum tempore paruo
Morbor cecidere greges. & fluxit ab omi
Inprouisa salus; quam corpore fusa sereno
Luminis umbra creat. dubiasq: amorte remou.
Erexere caput; sed non deprendere uisu
Auctore potuere boni; quib: ardua uirtus
Occultat quam pstat opem. resq: ditte paratur
Quam spes ulla for&; furtiuaq: prima uitae
Dat medicina latens, & anheli corporis aestus
Ignaro languente rapit, quam nesc adee

Qui uenisse pbat . crescitq: potentia facti
Agnitione carens ; cuius splendoris imago
Omnia peruigilans tactuq: nocentia mundans
Stat domus fugitiuas & munere plenos
Linquit ubiq: thoros hostesq: a sensib: atros
Proicit ac nebulis laruarib: exuit artus ;
Ocius & curas hominum de calle frequentans .
Excute petre gradus ; tecum medicina salutis
Ambulat ; ad deuiam spes est adgaudia uelox
Inpedib: non essemorum ; tua semita uita est
Si properas iam nemo iacet ; tumoab: umbra
Corpora cuncta leuat ; atq: hoc simul inscia uoti
Sumit turba tacens ; quod cum rogat accipit unus ;
Uerite quos agitat tanta reuerentia facti .
Quid tropicum res ista gerat ; librisq: uolutat .
Hoscite quod soli cessa est hec gla petro ;
Queue sub hac specie lateant documenta uidete ;
Que temptabo & si dat ista facultas .
Aridus ut magnas impellat riuulus undas .
Rursus abantiquis ueniunt miracula causis .
Firmior in cunctis capitur substantia rerum
Corpore sensa suo sequitur que corpore certo
Funditur & solidam interminat umbra figuram ;
Sed tam ipsa sibi pcedere corpora signat ;
Aecclesiam terris colimus qua prodere nulli
Aetheriam dubitare licet , sed uerior illa est .
Que super astra manens celestis & alta uocatur
Hec itinans cursu dubii que cernit orbis .
Ducte datur esse uiam spatioq: subito
Destinat eterne quos colligit ; atq: pbatis
Hinc iter est excelsa sequi ; regit agmen utrumq:

Petrus, & hinc ductis sorte dat sidera turmis.
Ut pateat per verba dei, quod solveris inquit
Quodque ligas terris, sic vinctum sive solutum
Aethere perdurat, cui talia quam cernimus arvis
Ergo figura foret, firma est quam nubila gestant.
Petrus utramque regens, ibi corpus & hic parat umbram,
Ut quos hic vitiis noxisque resolverit aegros
Innocui ducantur ei quae permanet astris
Susceptura pias hac emundante catervas.

De eo ubi iudei aptos ne predicarent incarcere miser quos angeli nocte pduxit qui mane in templo in carcere sunt reperti.

Interea templi zelo mordente priores
Aecclesiam crevisse dolent, animaeque colonos
Hanc spargente quod corde metant, in sede relegant
Carceris, ut desint nascenti sarcula messi.
Angelus adveniens tenebrosa velamina noctis
Reppulit, & subito micuerunt atra sereno lumine
Erumpensque dies alieno tempore scos
Ad templum facit ire viros, sed cardine fixo
Irrita signato custodia permanet antro,
Stansque suis foribus vallante crepidine carcer
Clausus apostolicis vestigia pandit aperta.
Egressibus & vigiles illudit ianua fallax.
O numquam neglecta fides, cui subiacet illud
Quod natura negat, propriis quam legibus uti
Non sinit omnipotens, quotiens iubet ipse vicissim
Posse quod insolitum fieri mirata purget.
Si quis ad hoc fragili meditatur pectore thomam
Hinc documenta petat, quia tunc penetrata recepit
Ianua clausa dominum, nimium est si corpore portam

Sic adeat quem uirgo parit quem uiscera matris
Integra concipiunt; humanam que rogo carnem
Sumere causa fuit nisi surgeret inde reuersus
Exhibuit protecto latus; utque fauillas
Corporis exemplo proprii doceret esse nouandas
Vulneribus sua membra probans; modo dicite discis
Quam fuerit dubitasse nefas. An fecerit auctor
Quod uobis licuisse uides; si uoluere sensu
Cura subit. quod xps ait non indiga uocis
Est species cur has sci liquere tenebras;
Dixit opima parans hos luminis et ministros
Et candelabri positas uelut arce lucernas
Iniecta fulgere domo; nox nulla retentat
Quos lumen lux ipsa uocat q dona ferentem
Et testem meruere dni; qua lege cauernis
Occulerit locus ille suis tot in ordine soles.
De quibus ut tenebras pulsis erroribus orbis
Incer& eternam meruit cognoscere lucem.

De eo ubi septe diaconi sunt ordinati inter quos electus est Stephanus. cu dixissent apti debere magis predicare quam mensis populi ministrare.

Iura ministerii sacris altaribus apti
In septem statuere uiros; quos undique lectos
Leuitas uocitare placet; quam splendida cepit
Aecclesiae fulgere manus; que pocula uitae
Misceat & latices cum sanguine porrigat agni;
Hoc numero delatus honor sublimia secum
Sacramenta gerit; que nunc longius ire
Non patitur mensura uiae; ne plura locutus
Inueniar dixisse minus; sit cura ministris
Officium librare suum; quo laudis amictu

s. leuitarum · spiritalis · sps cum septem donis
Hunc deceat lucere chorum. quem misticus ordo
septiformi · numero · officia · similitudinem
Consecrat innumero. cui dant celestia formam.
ut promisi sup · quem mundus ueneratur
Promissum seruabo modum., uenerabilis orbi
aptorum · predicationis · aptos
Coetus ait; uerbi potius nos conuenit omnes
admirando hoc dic
Quam mense captare cibos; O gloria diues
Oris apostolici: numquam permittere plebem
predicationum · dispendium · aliis erogata · numeri
Uirtutum sentire famim; dispersa talenti
habundare · plenitudo · intellect
Crescere summa solet; commissa peccunia lingue
que n fuit multiplicata
Displicuit cum sola fuit; locus indicat iste
alimenta
Quod meliora rudi populo sint fercula mentis
diuitie · plene · doctum
Quam fuse per membra dapes: lateque peritum
doctrina · spiritalis
Nutriat ingenium uerbi pinguedo superni;
pinguedinis
Nam quid corporeae prosint alimenta sagine
anime
Esuriente anima: cuius ieiunia pasci
s. doctoris · celeste
Semper abore decet: mensam ut tendamus ad illam
Fecundis predicationibus: · mensa · epulatur
Uberibus: uerbis: ad quam conuiua recumbit.
qui dignus est accipere corpus dni · a fulciendo dicta · i · sustentando
Qui uestis candore nitet: ne fulcra beata
s. fide
Deserat abstractus. quisquis deformis ad illam
sapientia · ubum predicationis
Eloquio sordente uenit: ferat esca salutem
i. dedeo · pane · pane
Progrediens despoli; gula pectoris ipsum
cupiat · auido · spiritale pane · faucibus:
Ambiat. atque animi pleno gustare palato
animus
Interior festinet homo; ne uilior esset
ministratio pauperum · septem diaconibus:
Causa relicta tamen claris tractanda ministris
commendatur · septonarium · s. causa · misterium
Creditur: et numerum tenuit pretiosa supernum.,

De eo ubi stephanus primus martir lapidatur a iudeis pro quibus: ut eis indulgeretur orabat. qui celis apertis filium hominis stantem a dextris dei uidit. cuius qui lapidabant ad sauli pedes uestimenta posuer.,

uirtute maiori · s. coronat · in ordine · certamine · unde agonitheta · i · pugnator
Emicat hinc stephanus primus qui in agone coronam
proprii nominis possessor · uictorie · stephanon · g · t · corona · unde stephanus
Nominis heres habet; de quo pronuntia palme
nomen · quod uiriliter certauit · pugna contra iudeos s. o · i · coronatus
Uox cecinit quam causa dedit; se re proelia martir

vox poete

Right margin notes: hec sagena huius sagene · i · rete piscium · et hec sagina · i · pinguedo · unde saginum · i · pingue

Felices habitura neces, ubi gla poena. · qa p martirio pmeruit glam
Et cadere est ortus; iugulisq: parantib: ortum
Nascitur aeternae conplectens munera uitae:
Sic meruisse mori; lapides iudea rebellis
In stephanum limphata rapis· que crimine duro
Saxea semp eris; hunc demq: xps adoptat · Eligere ē ī aliquā specialitatē deducere. i. ī filiū. hinc & optio dr̄ electio
Adquimiles ouans puulnera sacra uocatus
Sanguine fecit iter; cupiensq: inpmia uictor
Hac properare uia. niuei meritus honorē
Callis. ad excelsi pgit fastigia regis.
Et per tot lapides petre coniungitur uni;
Quis furor iste nouus. nulli feritate secundus.
Parcere nolle pio. uibrantib: acta lacertis.
Saxa iacis; parat ille preces; nec respicit unde
Grando nefanda cadat; qui tempore mortis amice.
Pro populo peccante rogat; licet omia tecum
Tela feras. silicesq: graues. & pondera libres.
Quem perimis uicturus erit; qui fine colono
Seminat exemplum. quo surgat uinea xpi.
Et calicem dni conuiuia festa coronent;
Lumina cordis habens. celos conspexit apertos
He lateat q xps agit. p martire surgit;
Quem tunc stare uidet. confessio nra sedentem
Cum soleat celebrare magis; cara iuncta tonanti
In stephano fau& ipsa sibi; dux prescius armat.
Quos addona uocat, ne quis hic dimic& anceps.
Corpus inarce dei patuit promunere testi. · Saulus ī pt̄a i. iferni quia sic īferni ne sciō modū. ita nec Saulus
Adsauli posuere pedes uelamina seui.
Infernum qd hebreus ait; iam constat utrisq:
Hinc meritum sentire suum cum sidera martir
Carnifices inferna petunt; sors prima reuelat.

Exemplumq: creat quod talia bella gerenti
Hoc de fonte manat. sic occidentib: ut mox
Tartara succedant. morientib: astra patescant;
Deeo ubi sco petro & iohe manu imponentib: in samaria baptizatis cu scs sps supuenir& in omis baptizatos post magus pecunia obtulit ut hoc facere poss&. q a petro increpat confusus e. qm cor ei in felle teneret.
Saepe sibi socium fecit petrus esse iohannem
Aecclesiae quia uirgo plac&; quo deniq: iuncto
Samariae uicina petens. baptismatis undis
Ablutas signauit oues. quib: affuit almus
Spiritus. & uarias fecit procedere linguas;
Fonte quidem lotus. sed non inpectore mundus.
Hic fuerat simon ille magus: quem pdidit orbi
Poena sequens nescisse fidem; contractib: auri
Munera uult equare dei. nummisq: referre.
Quod precio mercator emat; que talia petrus
Adtemptare uidens. quis nam te pdite dixit
Mouit adista furor. dni q gra donat
Ut uenale putes. sensu hoc non sumitur duro;
Hec licet ut caelum corrupta peccunia querat.
Quam terrae scrutator amat; tibi nulla profecto
Hac super est in sorte quies. nec adista uenire
Tu poteris pollute dolis. qui cordis amari
Felle tumens aliena petis; namq: atria mentis
Sps illa subit. que simplicitate nitescunt;
Hac de uoce sacrae lux est manifesta figurae;
Aecclae speciem gestabat machina quondam
Temporib: constructa noe. que sola recepit
Omne genus. clausisq: ferens baptismatis instar
Cum uaga letales pateretur turba procellas.

Cambridge University Library
Licensed under Creative Commons Attribution-NonCommercial 4.0 Unported License (CC BY-NC 4.0)

Aduttam conuertat aquas; simul ipsa columbã
Deluit & coruum: sed non concordia mentis
Fecit utrosq: pares; hunc guttura plena rapinae
Subduxere uiae: cupiensq: in funere pasci
Nil potuit uitale sequi; redit ales amica
Frugib: & nullis succumbit naufraga limphis.
Hutiri de morte timens: studioq: laboris
Dat documenta pii quanto teneatur amore
Plus operi deuota fides: rostriq: modesti
Pignus oliua fuit; dilectio semp̄ in ore.
Fructum pacis hab&; uolitantq: in fluctib: ambo
Exuno scõq: sinu. seruantis in aluo
Purgati uallante freto; tamen exulat unus.
Et reditu cessante perit; non ergo saluti
Sufficit unda lauans: nisi sit sine felle columba
Qui generatur aquis; symon hic baptismatis undã
Contigerat. sed coruus erat: sua lucra requirens.
Quae numquam meruere dñi q̄ limine templi.
Uendentes arcere sol&; meliora sequamur;
Petrus adista uocat. qui filius esse columbae
Dicitur ore dei: meritoq: ac matre creatus:
Aecclesiae sublimat opus; de munere plus
Nomen hab& genitrix. quod sp̄s eligit almus.
Alitis innocue dignatus imagine cerni;
Deeo ubi angl̄s dixit philippo ire obuiam
spadoni thesaurario aethiopũ regine & adpro
pinquauit ad currũ. quẽ mox leuauit eunuchus
q̄ legebat esaiã de natiuitate xp̄i. & passione
eius p̄dicans uisa aqua petiit baptizari;
Angelus adloquitur plenum uirtute philippũ
Australem celebrare uiam. qua spado iugatis

Cambridge University Library
Licensed under Creative Commons Attribution-NonCommercial 4.0 Unported License (CC BY-NC 4.0)

Aethiopum pergebat equis: qui fidus in aula
Reginae seruabat opes; uolat axe citato
Gaudia fixa petens curruque merebitur ipso
Errorum uitare rotas, o quanta bonorum
Semina percipies: qui tam speciosa lauacri
Sumere dona uenis: sterilique in corpore condis.
Quod fructu meliore metas; inpone philippum
Corporis, quod hebreus ait; qui meritis honore
Homine teste probat; iuuat hunc audire magistrum
Discipuli quia iure docet; dabit ipse prophetae
De quo uerba sonent; cumque omia fecerit olim.
Qua fuerit nunc parte satus. si credulus audis.
Et tibi nascetur: tuque inde renasceris illi;
Conspectis properanter aquis: ardescere coepit
Eunuchi foecunda fides. qui gurgite mersus
Deposuit serpentis onus; plaustroque cucurrit
Heliae meditatus iter; non parua figurae.
Causa subobscure regionis imagine lucet;
Comprobat omnipotens tedarum foedere moisen
Aethiopam sociasse sibi. quem dogmata produnt
Postea cum domino uicinius ore locutum;
Quid mirum si legis amor tunc crescere coepit.
Aecclesiae cum iuncta fuit; quod sponsa perhennis
Hac ueniat de gente magis. nec cantica caelant
Quae pulchram fuscamque uocant; haec pergit ab austro
Aethiopum qui torret humum. salomonis in ore
Pacificum laudare suum., quo nomine dudum
Signatum est quod xps habet. iam debita mundo
Custodem premittit opum: quo pignore gazas
Incipiat proferre suas:, thesaurus in illa
Quis potius quam fontis honor: quod ditius aurum

Ubi plangit euangelium ubi ait. Regina austri surget &c. Quae uenit audire sapientiam salomonis dicens. Si salutauerit me rex prius sapiens est. si iusserit sedere non est. Cumque uenisset salutauit eam & dixit. Ecce sedile o regina si placet sede.

Quam locuples subcorde fides! quam deniq: recte
Preuius huic spado est! qua procedente libido
Pellitur, & capiunt celestia regna pudici;

De eo ubi saulus damascum uadens uastare ecclam
xpi claritate pcussus cecat' triduo. & ab annania
baptizat' uisu recepit. & ex ei oculis squame ceciderunt
& p insporta missus euasit insidias iudeorum.

Saulus acerba fremens committere bella damasci
Iudaica feritate parat; secla bitur agnus
Quo properat seuire lupus; sors leta ruine — Ruina semp ī malū ponit̄. sed isto loco melior fuit ill̄a quia meruit saluari.
Inqua culpa cadit; didicit de corpore lapso
Inmeritus iam stare gradu; cum lumina claudit
Pectora tunc aperit. celiq: agnoscitur auctor
Discedente die, quantum meruere tenebre.
Post oculos maiora uid&; mirabile seclis
Exemplum dedit alma fides; Annania furorem
Excutit, onoua palma, lupum domat ille ferocem.
Hebreus quem dixit ouem; clamabitur orbi
Hoc precone d̄s; legisq: exutus ab umbra.

Subqua cecus erat; terras lucebit inomnes
Perpetuo de sole canens; ne desine paule
Hunc celebrare diem, multorum lumine plenum,
Hox datur ista tibi, tuiq: hic tua nubila portas.
Ut mundi purgare queas; nunc plena figuris
Interius documenta sequar. tectumq: latebris
Aggrediar proferre iubar; quod tempora paulus
In tenebris triduana gerit; facit esse fidelem
Exempla mensura sui; tandemq: coactum
Poena magistra doc&. dn̄m ne respuat ultra. — quia sic̄ d̄s omps trib: dieb: corpore uoluit ī sepulchro latere. ita fecit paulū eē icecitate. sed ipsa poena magistra fuit illi.
Post triduum supasse chaos. cum reperit ipse
Sic uisus reparare suos, quod ab orbib: atris

Et squamae cecidere graues; natura quod anguis
Ferre sol&. ratione uig&; iudea uenenum
Semper ab ore uomit: crudelior aspide surda;
Perfidiae coluber sinagoge sibilat antro;
Discipulis saluator ait: calcabitis angues.
Purior obsequiis ut sit celestib: actus;
Uipereum iacet ante nefas: & praelia doctor
Mox meliora gerit; quicum superass& iniquos.
Insidias meruit portis euadere clausis;
Sporta solens texi iuncis palmisq: uicissim.
Tegmina dat paulo. retinens in honore figuram
Ecclesiae; nam iuncus aquis & palma coronis
Semper inest; innuat aecclesiam baptismatis unda.
Martiriiq: cruor; dudum uescente caterua.
Hiterum subdente cibi. distendere septem
Sportarum cepere sinus; tot in orbe profecto
Ecclesias scriptura canit; quod sps illic
Sic operator adest. & signat nomina uirtus.
Cum tamen ecclesiam celebremus in omnib: unam;
Protegit ergo uirum species: cui militat ipse.
Uas in uase manens: atq: hac duce tutus ab hoste
Egreditur: cunctis doctor cui uincit in armis

De eo ubi scs petrus cum circuiss& scos ad lidda ueniens. viii. annorum paraliticum iacentem curauit eneam. & qui ibi erant crediderunt.

Peruigil excubiis commissi petrus ouilis.
Postquam cuncta uidens lustrauit in ordine scos
Per lidde tulit arua gradus; ubi moenib: astans
Respicit eneam defunctis uiuere membris.
Atq: anima nodis laxata mole solutis
Hon in moriente mori; surgens paralitice dixit.

Cambridge University Library
Licensed under Creative Commons Attribution-NonCommercial 4.0 Unported License (CC BY-NC 4.0)

Vectorem compone tuum nec reddere tardes
Officium portate diu; quo munere vocis
Stringitur insolidum qui fluxerat antea neruus;
Tunc iterum formatus homo. longique cadauer
Temporis extinctos aduitam subrigit artus;
Seque leuans. uacui liquit monumenta cubilis.
Quod misero pars mortis erat; plebs cuncta perillam
Coepit stare uiam; multisque superueniente ampla
Unius languore salus; tactoque liquore
Expulit inclusi sua mox contagia morbi;
Fonte lauans animas alieno robore firmas;
Eloquar hinc sacrae que sint arthana figurae.
Sumbit uerba mouet. cuius uox corpora reddit;
Octo quod annorum languoris proditur aetas.
Iure per hoc tempus. membris defecit ademptis.
Antiqua sub lege iacens, uigilantia quippe
Uulnera semper habeit. quorum fit saucius infans
Octauo ueniente die; sanauit abilla
Parte grauem, lacerumque diu discrimine carnis.
Inliquidis solidauit aquis. octauus ut aegrum
Soluer& aplagis extincti corporis annus;
Quo numero. ueniente die. sollempne resurgens
Iam xps sacrauit opus; stat temporis usus
Eduoto meliore redux; hinc uulnera serpunt.
Hinc ablata ruunt; ibi subdita regula poenis.
Hic purgat medicina uadis; spatioque priore
Dudum laxa neci stringuntur membra saluti;
Signatis etiam numero paraliticus annis
Ille iacebat iners. cui proxima mota siloa
Heu nullas prestabat aquas; piscina ligata
Porticibus iudea fuit; namque atria quinque

A d sua claustra ten& per quinq: uolumina moysi
L egis adepta modum; cuius circumdata giro
D ebilis aeternu͞ uidit sine munere finem.
I nlibris aegrota suis; hinc eripit unum
C um ueniens peccata tulit; quam rite figuram
M undus ubiq: gerit; quem postquam sabbata soluens
I mpulit ad fontem. superauit gr͞a legem;
P etrus ad ecclesiam reuocat documenta magistri.
C uius in orbe manu paraliticus exilit unus
E t gradiente fide. sua uincula proicit orbis.

D e eo ubi scs͞ petr͞ tabitā que & dorcas dr͞ in ioppe suscitauit. eamq: pauperib: ac uiduis consignans. qui tacentes manu eius facta monstrauerunt uestimenta.

T e quoq: laude potens celestib: inclita signis
C arminibus ioppe canimus; qua sede tabita
M ansuras fundebat opes; & semper egenis
M unere mater erat; que uite tempore clauso
P onitur in medio lacrimis plus tota feretro
P ost funus uictura suum; fiducia petrum.
E uocat; ille gerens diuini pignus amoris
U t numquam pietate uac&; quod uota requirunt
R estaturus adest; lugentia tecta petenti.
S tant inopes uiduiq: greges & brachia monstrant
uiduas et uestib: E xuuiis onerata suis. quas dorcadis ipsis
E xuerant dederantq: manus; O qualia feruens
I mplorat fomenta dolor; non murmure tristi
A ffectum pietatis agunt. nec labore frequentant
I nstrumenta precum; qui quod bona facta merentur
O fficiis uoluere loqui. uocisq: repulsum
E legere suae. lateant ne uulnera cordis.

Que lacrimis fecere uiam; fecunda gementi
Materia est dixisse nihil; nimiumq: sonora
Causa petit quod lingua tac& · nec cessat abaure
Clamosa pulsante fide; qua petrus adiit
Qui mentes audire sol& ; ubi& ocius omis
Ire foras. flexoq: genu fit pronior aruis.
Tunc magis alta petens. oratio fusa tonanti
Ox super astra uolat. propriis que clauib: intrat.
Dic ubi sunt mundana tuae sapientia leges.
Qua uirtute negas ipse corrupta reuerti.
Que uitam dempte uides. fit munera petrus
Sensit adesse dei quib: est reddenda saluti.
Que defleta iacet. fletur conuersus adillam;
Surge tabita; uocata redit. luciq: reducta.
Se stupuit super esse sibi. quam protinus ipse
Prendit & erectam turbis gaudentib: offert;
Illa manus meruit petri contingere dextram
Pauperib: quae larga fuit; qua uita reuertens
Cetera membra leuat corpusq: tenura peromne
Hanc subitus quae causa fuit si iure mouemur
Instaurati dies animae pat& apta figuris.
Quam nimis antiqui depresserat umbra pericli.
Adducem conuersa petri caput ante grauatum
Legis inobscurae gremio. uelut altera surgens
Aecclesia presente leuat; tenebrasq: repellit
Lux operum. comitata fidem; que legis abore
Non fuerat promissa salus. quia fonte renatis.
Gratia perpetuae coepit dare munera uitae.

Deo ubi hora nona cornelio centurioni dix angls q. deo ei elemosine & orationes placerent docens ut ppt fide noscenda ad petru mitt&. ad quem misit tres. q pm baptizat ex gentib:

Cesarea venerandus erat cornelius urbe
Gentili de stirpe satus; quem dedita causis
Vita pius sacravit aquis; ceptique gerendo
Credere: qui gessit quicquid baptismate lotis
Consuevit prestare fides; nam missus ab astris
Angelus hunc adiens: summi conspectibus inquit
Stant dni quas spargis opes · que verba precaris;
Premia ne desint virtutibus: accipe certam
Huc petro veniente viam; sic voce coruscans
Nuntius aeternis fixit mandata lavacris;
Nona fuit tunc hora magis · qua rectius hora
Proderet iam trina fides; quod tertia simplex.
Hoc iterum ter trina docet; sacramque figuram.
Singula ter faciunt & ter triplicata fatentur;
Hec est nona potens · oculos que reddidit orbi
Post tenebras remeante die · cum protulit ortum
De radiis lux nata crucis · cunctosque replevit
Hoc sine fine iubar; nam mundum constat onustum
Gentibus esse locum · quibus in baptismate lotis
Plena repurgato fulserunt lumina mundo;
Hanc sol & ille sequi denarius omnia donans ·
Quem precepta decem servantibus arbiter offert;
Hec sinit ut tardos precedant aere priores;
Temporis huius opem · quam sacri fontis adivit
Praevius · o utinam nostrae petat actio vite;
Mortalisque sibi studium proponat origo ·
Ut credentis amor rerum speculetur honorem.
Et ferat exemplum meritis qui prebuit undis;
Iamque capax fidei cornelius indice voto
Ad petrum tres ire iubet; confessio trina
Sic venit & generantis aque · numerumque per ipsum

Europae atq; asiae libiaeq; tenebitur oris;

De eo ubi hora sexta p&ro esurienti in cenaculo uas cū omnib; animaliū generib; ostensum est. unde cū negar& comedere audiuit nec inmunda aut comunia dicer& que ds̄ mundauit. & hoc est ter factū.

Ardua progreditur cenacula petrus adire
Iam medio torrente die, locus instruit altus
Despiciensq; solum. petrum celestia semper
Non terrena sequi; sextae quoq; circulus horę
Detegit aetatem. qua xp̄s uenit in orbem
Largiri saluantis opem., numerusq; dierum
Protulit exemplum. quo condidit antea mundum
Quem uetat hac eadem ueniens aetate redemptor
Peccati dicione premi; sic demq; sexta
Fertur & illa geri. fessus de calle magister
Cum super ora sed&. per uasq; puellę
Pocula querit aquae. requiem facturus ubiq;
Aecclesiae de fonte suę; qua petrus in hora
Esurit. ille sitit., prius ad sua dona magister
Addere semper amans. cui nominis auxit honorem.
Dat pariter nutrire fidem; letabitur orbis
Hac saturante fame. que munere pinguior omni
Deliciosa fluit. nullumq; relinquit inanem
Perpetuas latura dapes; qui soluere nosti.
Excute petre meae retinacula tarda loquelę.
Deq; tuis epulis exhaustae porrige linguę;
Clauiger aetherius celum conspexit apertum
Usus honore suo; dimittitur inde figura
Uasis. ut in terris sit uisio corpore petri
Omnia posse capi; quicquid sumit edendum
Aecclesię facit cibum; prefertur imago

Cambridge University Library
Licensed under Creative Commons Attribution-NonCommercial 4.0 Unported License (CC BY-NC 4.0)

Quattuor ordinibus se summittentibus una
Aecclesiae forma est; que quattuor eminet orbis
Partibus & totidem laxat preconibus ora.
Omne genus retinens volucrum pecudumque ferarum
Reptiliumque simul; mortalibus ista coherent
Ex meritis utriusque suis; patet ergo quod auctor
Iussit in ecclesie transfundi viscera gentes.
Macta & manduca dum precipit; abstrahe quod sunt;
Et tibi fac similes; qui vertitur alter habetur.
Denique saulus obit; quia paulus vivere coepit;
Absit petrus ait; quanta est reverentia sco
Legis & esuriens oblatas respuit aescas.
Ter sonuit dni vox que dictata salute est;
Hoc genitor natusque simulque sanctusque peregit
Spiritus; huic fidei pugnax cadit arrius; unum
Personas tres esse negans; sabellius unum
Sed patrem confessus ait; qui deinde vicissim
Filius & scs dicatur sps idem.
Sed totum sit ut ipse pater; quodque ordine trino
Continet unus apex; hic dividit; ille relinquit;
Ictus uterque iacet; nam iussio trina monentis
Personis numerum, virtutibus indicat unum;
Quem vocat imperio gentes; hunc credere fas est
Si volumus complere fidem; facis omnia xpe
Sanguine munda tuo; lateris qui fluxit ab ictu
Discretae commixtus aquae; maculosus oberrat
Anguis & extinctum limphis gemit esse venenum;
De eo ubi petrus dubius de visione legatos cornelii excepit cum quibus mittatur profectus ad cornelium quem ad pedes iactari prohibuit & cum incepta praedicatione sps scs supervenit & mox eum cum suis baptizavit.

Comperit, accitus quae sit sua uisio petrus
De merito qui nomen hab&; nam petrus hebreo
Agnoscens sermone sonat; pro munere xp̄s
Sic uocitare dedit; quo cognoscente patescit;
Descendit uisurus eos quos miserat illuc.
Qui laticum questitor erat; descendere petrus
Dicitur ad plebem ueniens. gentemq: nouellam
Que nec dum cognorat aquam; pars mersa profecto est
Sacro fonte carens. cuius uia ducit euntes
Ad patriȩ melioris opem; qua pergere cessans:
Hominitat quo uita uocat; comitantib: isdem
Cornelii properat celestia regna daturus:
Sctificare domum; genib: quem poplite flexo
Hon sinit adcolui: gratis dare munera suetus.
Arce& honoris opus; caput hinc nouus erigis orbis
Qui percussus eras antiqui dente parentis.
Natalemq: tibi fons reddidit, edite rursus
Ne preme colla tuis alienis libera culpis;
Ut primum fari sublimia dogmata petrus
Coepit: & aeterni misteria pandere xp̄i.
Magnanimes stupuere uiri: uocemq: sequentes
Inuenere uiam; quod non credentib: offert
Indubitata fides: cui numquam munera tardant.
Hec faciunt diuina moram; mox sp̄s almus
Indulgens uarias opulento munere linguas
Compleuit sine more domum; baptisma frequentat
Petrus ut ablutos flammis purgar& mundis;
Exemplo cat& iste locus: quo spiritus almus
Preuenit quas sanxit aquas. qui talia semper
Addere dona sol&: solisq: ex fonte renatis
Imposita properare manu; gerit ista uicissim

Nouū dic orbē ñ natur ali nouitate. s. sed fidei catholicae supuentione.

He quisquam putet esse suum. meritisq; uenire
Quod uariat. qui sponte parat ; nam sps almus
Nescia mensurae fert premia ; plusq; ministrans
Quam sperantis erat precedit gratia uotum

De eo ubi pet(ru)s hierosolimam regressus inquirebat(ur). cur gentib; p(re)dicasset. q(ui)b; suam retulit uisionem p(er) quam ostendit quia gentiles dei iussione baptizati sunt.

Peruenit hinc abiens sublimem petrus inurbem
Que retinet uexilla crucis, plebs cuncta requirit
Gentib; unde salus ; aperit quib; omnia doctor.
Subiungensq; monet. numquam fas esse negari
Que ueniunt bonitate dei ; sententia uoce
Digna pii monstrare palam custodis amorem.
Ut uelit adcunctos celestia regna patere
Qui ten& has sine fine fores, quid turba querelis
Gaudia n(ost)ra teris nonsunt noua munera petro
Tot uicib; signata prius. cum nominis almi
Huic xps dat laude frui ; quem iura locauit
Aecclesiae portare suae, cum litore naues
Prospiciens ad stare duas. precepta ministrans.
Inpetri uult puppe uehi. sinagoga p(er)fecto
Sicca remansit humi. postquam doctrina magistri
Aecclesie dedit alta sequi, stat perfida terris.
Iam pelago currente fide ; sua quippe figura
Hesit utriq; rati, ioseph iudea uocabat
Hunc natum. cui petrus ait. tu xpe probaris
Filius esse dei ; pars hec defigitur aruis
Que cecidit terrena sequens ; processit inaltum
Que creuit diuina loquens ; cum pisce sine ullo
Intenebris captura fuit, nam tempore lucis.
Lux quia xps adest. spoliat uada salsa draconis.

Cambridge University Library
Licensed under Creative Commons Attribution-NonCommercial 4.0 Unported License (CC BY-NC 4.0)

Ut cunctos adlitus agant sacra retia fontis.
Et decerulei rapiuntur fauce profundi;
Nam mare mundus erat: cuius degurgite petrus
Humida lina trahens uerbo piscante carinas
Compleuit maiore sinu: quia turba duob:
E populis uentura foret: gentesq: leuauit
Tunc famulante salo plenaq: inpuppe fatetur
Aecclesiam cuius placida statione recondit
Quod dni statione capit. qui dixerat ante
Esse alias quas querat oues, has nemphe parabat
Quas nunc rite uocat, perquas clementia petri
Congregat ethereis humana peculia septis,
Nonde erit sua fama locis; petrus omnia prendens
Betsaida satus urbe fuit: que nomine hebreo
Uenatorum est dicta domus, quam uerius abilla
Aecclesiae uenator adest qui cuncta peragrans
Cinxit: & adfidei collegit retia gentes.,

De eo ubi angls ad petrũ ingressus ẽ incarcere nocte & refulsit in habitaculo & pulsans latus ei secũ dux ubi porta ferrea est. quẽ adhiertin mittit. & nuntiauit ibi se uere liberatum.

Clauditur obscuro s& non sine lumine petrus
Carcere; nec possunt tenebre caligine furua
Aecclesie celare diem; commune peromnes
Supplicium timor ille facit; custodia petri
Publica poena fuit; proprium sed pastor ouile
Seruato custode regit; quem ditat honore.
Ter dnm confessus amor; denomine petrae
Nomen petrus habens. aeterna uocabula portat.
Fundamenta gerens numquam passura ruinam,
Expectate tuis cunctoq: in tempore carus

Et nobis iam petre veni; simul omnibus exi
Quos stimulat nunc cura prior; iam nocte profunda
Angelus astra ferens ergastula candidus intrat.
Se comitante die; celi venientis ministro.
Carceris umbra fugit; pulse periere tenebre.
Lucifero radiente novo; color exulat ater.
Et mutata vident nocturna crepuscula solem.
Custodum vallante manu; interiuncula petro
Corpore somnus erat; sed cum vigilar& in illo
Que nescit dormire fides; hoc cantica clamant.
Dormio; corde vigil; leti documenta figurae
Discite qui liquido meruistis fonte renasci;
Et que forma sacrato incorpore petri
Cernite corde pio; doc& hanc virtutis aperte
Angelus ipse viam; tangens latus impulit; inqua
Aecclesiae stat parte caput; qua nuntius ortam
Hoverat; inde levat; lateri subnexuit arce
hostia sca noe clausis animalibus; hinc est
Diluvio vastante salus; producitur eva
Dormitante viro; lateris genetrica propago
Homen habens vite. sinumquam culpa fuiss&
Sic mansura magis; xps post mitticus adam.
Dignatus dare membra cruci. atque incarne perempta
Morte premiqua vita redit; nova dona liquoris
Perlateris sacravit iter; nunc angelus illa
Petrum parte vocat; mens credat ut omnis in ipso
Aecclesie constare decus; tenet atque superno
Assertore fidem; quo calciamenta monente
Bimeruere pedes. ~~tegit~~ tegit quos dextra magistri.
Que totum mundavit aquis; gradientibus illis
Conclusi cessere fores; putat omnia somno

Ludificante geri· cui premia uera parauit
Maiestas ignara doli; iam ferrea claustris
Porta patet; rigidi laxant sua uincula postes;
Gentib: abscidens dure feritatis amorem·
Aspera cuncta domat· ne ianua fixa uetaret
Orbis iter· quo cursus erit; dic gloria rerum
Ferrea quid mirum si cedant hostia petro·
Quem ds aetheriae custodem deputat aulae
Aecclaeq: suae faciens retinere cacumen
Internum superare iubet; mox liber abhoste
Diuinum celebrauit opus; quem prima puella
A tenebris remeare probat· cui gra xpi
Rem dedit esse parem; uisus adit ipse resurgens
Femineos; loquitur redeuntis gloria carnis
Ad sexum quem mater habet; patet hinc quoq: uatem
Aecclesiam sensisse suum; que gaudia portet
Incunctum diffusa gregem; quis talia fando
Explicet· aut uerbis attollat pondera rerum·
Maximus ille pauor gelidos qui strinxerat artus·
Laetitiae mensura fuit; manet omne per euum.
Pignoris huius apex· et sideris optinet instar·
Corpore quod petrus sacrauit et angelus ore·
His solidata fides his est ubi roma catenis
Perpetuata salus; harum circumdata nexu
Libera semper erit·; quid enim non uincula prestent·
Que tetigit qui cuncta potest absoluere· cuius
Hec inuicta manu uel religiosa triumpho
Moenia· nonullo pereunt quatientur abhoste·
Claudit iter bellis· qui porta pandit in astris·

Expt lib· i· ARATORIS SUBDIACONI· INCIPIT SCDS EIUSDEM· Deeo ubi saulus q et paulus p̄s̄p̄m

scm segregatus uenit. ad paphum ubi erat proconsul paulus & magum obsistentem increpans que solem non uideret caecauit mox paulus proconsul credidit.

Spiritus accensam uerbo radiante lucernam
Sub modio lucere uetans, secernit saulum
Dixit in oris opus; quem mox sacrauit euntem
Imposita petrus ille manu: cui sermo magistri
Omnia posse dedit; cyprum salaminaque linquens
Pergit adire paphum: que fertur amoribus olim
Dedita sacrilege mansisse libidinis antrum:
Aligerosque uagos studio coluisse procaci
hinc operum procedit apex: quia gratia maior
Ad delicta uenit; culpas huic posse remitti.
Exemplum iam paulus erat; quam splendida laudum
Materia est adiecta uiro; primordia casta
In luxus regione serit; fructusque pudicos
Multiplicat lasciuus ager; cui nescia post haec
Difficilisque foret: cum sic uideatur honestas
De turpi coepisse loco: pars nequa uacaret
A meritis ieiuna; tamen molitur iniquus
Eloquio certare magus; contraria semper
Uirtuti fecere uiam; iaculata retorquens
Aecclesie bellator ait; fallacia monstrat
Quo pereas genitore satus; confinia mortis
In tenebris patiere tuis; neque cernere solem
Tempus adusque datur. rerumque adtendere formas
Artificem quibus esse negas; tunc nubila uultum
Ceruleis fixere notis: & pectoris atri
Uenit in ora color; querit iam calle negato.
Quo tutius eat. cuius pede ... gressibus instet
Quis tribuat miseratus opem. uacuasque pauras

Erroris palpavit iter; proconsule paulus
Mox didicit lucere fidem: cui causa videndi
Vox aliena fuit; non sunt nova paule salutis
Obsequia & tenebris lucem bene surgere nosti;
Omnia secretam referant documenta figuram.
Si libeat vigili pulsare lucerna sensu
Iure docens paulus miracula condere coepit
E oculis iubar unde sui micat altius oris
A misso crescente die; sic nuper iniquum
Subdere dignus erat tenebrisq; facentib: hostem
Vincere qui caecus meruit sine fine videre;

De eo ubi paulus antiochie sinagoga ingressus manu silentium indicavit. ibiq; de egressu popli isrl ex egipto per mare & ubi multa miracula facta s. in deserto. & de testimonio iohannis baptistae q prohibuit se ihu parem predicari.

Antiochi dictam denomine visitat urbem
Paulus & extemplo properat dare verba catervis
Quas sinagoga ten&; dextraq; silentia mandans
Hostis ait patrib: tellus egiptia nostris
Qua posuit feritate iugum crudelib: astris
Quos rapuit p signa ds, qb: omia cedent
Mutavit natura vices; cum virga fugavit
Terga maris fluctusq; suis stetit exul ab oris
Pulvereo de calle placens, pontiq: facultas
Obsequio est subiecta pedum; redeunte profundo
Naufragium factura reis; que vertere iussa
Per varios sua iura modos; his stravit harenas
Hic cumulavit aquas, iussis via fontib: unda
Cum pensa silex venit se fundavit aquis
Aequoreos enixa lacus devertice sicco
Flumineum largita vadum sub pristina more

Gessit origo suum. veterem nec prebuit usum.
Dona novella gerens. quia lex eterna coegit
Noninnata sequi. disiunctaque semina monstrans
Posse dari de rore dapes. de caute liquores,
Nam ne pauca prius fluerent miracula causis.
Saxa vomunt latices. & inundant nubila panes.
Aeriusque liquor solidis induruit aescis.
Queque diu vacuas tenuere agmina fauces.
Frugiferis saturant aquis. nimbique coloni,
Dant epulas. pluviamque vorant. & manditur imber,
Sic invicta manus. sic gratia plena creantis
Scit querulos nutrire greges & ponere sacros
In patria meliore choros. ut ventris amoeni
Fructus ad aeternae florescat semina vitae.
Davitica nam stirpe satus. genitrice maria
Christus adest. quem tota canunt oracula vatum
Venturum sub carne dominum. se seque creantem
Virgineos intrare sinus. evolvite quequid
Sabbata vestra legunt. typice documenta figurae
Perspicietis fulgere sacri presepibus agni.
Cuius ab igne senes hauserunt dicta prophete.
Et dedit ante loqui. quam cepit postea nasci,
Clamavit virtute potens baptista iohannes.
Non ego sum, post me veniet cui tangere non sum
Calciamenta pedum dignus. neque solvere summam
Que ligat excelsas humilis corrigia plantas,
Quam bene vox pauli cecinit precepta lavacri.
Permiscens antiqua novis, nec epistola cessat
Hec mare docens, patres baptismate nostri
In rubro fulsere freto. sub nomine moysi
Per legem cum petra simul sequeretur euntes,

quia non est in more lapidis ut aquas largiatur

quia similitudine roris descendebat illis manna et aquas de petra

Calciamenta ex mortuis animalibus fiunt. Christus et quasi calciamenta habuit quando divinitas humanitatem suscepit

Nam petra xps erat, quid adhuc gens dura requiris.
Inlubris sonat ecce tuis ne credere tardes
Consule signa maris que mistica dona susurrant
Temporib: uentura crucis cum sanguine ihu
Tinxit aquas. laterisq: uno de uulnere fluxit
Quod uitae tria dona dare. rubor aequoris ille
Causa futura fuit; sic conditor abluit omns.
Sic emit; hic pretii color est in gurgite ponti
Apparentque uado miracula debita ligno;

Rubor .i. rub
color .i. mineus

De eo ubi scs paulus iterum in eadem sinagoga de passione xpi t de sepultura & resurrectione sub testimonio dauitico predicauit. & cu aliqui crediderunt iudeis phibentab: ne loqueretur dixit se gentab: pdicaturum & gentiles qui ibi erant crediderunt.

Sepius obscuris radios infundere feruens
Gentib: haec rursum memorauit in ordine paulus,
Postquam signa dei carnis uestitus amictu
Xps ubiq: dedit. faciens manifesta quod orbi
Uenerit ipse salus. stimulis agitata furoris
Impia turba fremens. petit hunc ab iure pilati
Suspendi figiq: cruci; terrena propago
Uota quoptauit non possint omia ferre.
Sponte salutiferi cesserunt munera xpi;
Qui libertatis pretium tibi uenit ab astris.
Perdita restituens. tumulisq: iac[illegible]ntia tollens,
Respice quam proprio maneas obnoxia negi
Ne pereas uult ipse mori; post tristia facta
Quinetiam custode dato signare sepulchrum
Adgeminum uoluere nefas; dnoq: paratam
Surgentem dampnare uiam; pceca uoluntas.
Que putat eternum mortali lege teneri.

Et nonposse sibi post funera reddere membra.
Qui totiens aliena leuat; meminist is abore
Dauitice resonare lirae. corrupta uetabis
Scm nosse tuum; poterat ne inpuluere leti
Ferre moras. qui uita man&. quem suscitat auctor
Nil patiens demorte deus; mors denique uicta est
Vincendi transgressa modum; que iudice tacto
Linquere iussa reos. spoliis uacuata uetustis.
Per sua bella cadit; ueniensque absoluere uinctos
Non retinendus erat; sors ultima cepit auerni
Iam uita presente mori; queque omnia subdens
Ante fuit tunc ipsa perit; triduoque pacto
Lucis iter quod fecit adit; quo tota resurgit
Indno natura suo; delege uidetis
Laxari nonposse neces; hunc querite. cuius
Sanguine mundati. regno potiamur herili;
Inciuius iam parte sumus. sub pignere carnis
Quam uoluit portare deus. tunc dogmata quosda
Aeclesie dant ista uiros; uetuere loquelas
Vlterius proferre pias; osemper inanis.
O sterilis iudea. tibiquae semina uitas
Nefructus afferre queas. quib: ore magistro
Paulus ait; uos ista quidem uos nosse decer&.
Et aliis hoc lumen erit; nam scripta fatent
Lumen inextremis posui te gentib: esse;
Gentiles stupuere globi. fontemque secuti
Sumere promisse cupiunt nouitatis honorem;
At limpha genitrice sati. meruere renasci;
Conuenior ratione loci pmunere tanto
historiae pulsare fidem. que prodidit olim
Cum populos gentesque duas inuentre rebecca

Cambridge University Library
Licensed under Creative Commons Attribution-NonCommercial 4.0 Unported License (CC BY-NC 4.0)

Ferr& & angustis includer& agmina muris
Consuler&q: rogans oranti corde tonantem
Responsum meruisse dei; prior inquit in istis
Inferior breviorq: man& maiorq: minori
Servi&. & iuvenis palmae potietur honore,
Quicquid in hoc utero fecunda puerpera gessit
Aecclesiae conceptus hab& formamq: sequente
Gentilis concursus agit. qui crescit in aluo.
Illi qua victor erat, quodiam meminisse necesse est
Et studiis celebrare bonis, famulemur ut illi.
Cuius ab affectu nos contigit ante vocari
Quam nasci. qui dona priusquam tempora prestat

De eo ubi s(an)c(tu)s paulus in lystris claudum q(ui) numquam ambulavit credere incipientem curavit. cui sacrificare voluer(unt). q(uo)s de vetusta eoꝝ superstitione ammonuit ut in xpo crederent.

Iamq: licaonios incedens passib: agros
Lystram paulus adit; fuit hac tunc claudus in urbe
Supplicio comitante satus. vestigia ferre
Nescius exutero, membri pars coeperat aegri
Et nascente mori; comperto dogmate pauli
Quo monitore piae tendunt ad sidera mentes.
Mox voluit divina sequi; bene claude iacebis
Has primum graditure vias, petis aethera sensu.
Cum nec dum movearis humo, pedib:q: negatis
Longius ire vales, paulus speculatus in imo
Pectore quid caper&. claudiq: fidelis amorem
In verbo iam stare dei. sic clarius infit.
Surge citus tuis imponere plantas,
Exequitur precepta salus. & calle novello
Progreditur persona vetus, motuq: frequenti

Cambridge University Library
Licensed under Creative Commons Attribution-NonCommercial 4.0 Unported License (CC BY-NC 4.0)

Pulsat ubiq: solum, p que omnia currere temptans.
Sepe tam& quod nescit iter. modo gressib: ordis
Annoso languore senex, quod ut agmina cernunt.
Exclamant diuumq: uocant. ac serta ministrant.
Et mactanda feri procedat uictima tauri.
Paulus adhuc tunicam rumpit festinus. apta
Sic prohibens ratione uiros, sollempnia nobis
Cur precor ista datis. fragili quos corpore constat
Terrena sub lege p(re)mi, fuit impius olim
Religionis honor. cum numina fusa metallis
Artifices timuere sui. cum templa dicarent
Abscisis de rupe diis, tunc forte licebat
Innocuos mactare greges. fibrasq: tepentes
Consulere. & uocem pecudis morientis inextis
Querere, nunc libeat uanis cessarab: aris
Aeterno parere do. qui semina uitae
Praebuit. & uariis prouentib: arua locauit
Cuius ab imperio plenis consurgit aristis
De grano moriente seges. palmesq: recisus
Vulnere conceptas fecundius educat uuas,
Quo moderante polum. succedunt solib: imbres.
Tempora temporib:. que cum fugitiua recurrunt
Post sua terga. uagi constantia perman& anni,
Discite iam uerum facta de uirgine natum
In terris celebrare dm. nec uota feratis
Lanigero damnosa grege. quos liberat agnus
Unicus. ablutum qui sanguine. comparat orbem,
His dictis instructa fides. sed corporis usus
Ingeminum processit opus duplicemq: figura
Personat una salus. toto quod in equore mundi
Aecclesie duo sunt populi. per uerba duor(um).

Aecclesiae duo sunt populi. puerba duorum
Cui plenas, duas facit esse carinas;
Hanq: hec humano generi collata uicissim.
Claudorum docuere pedes. quib: adstat imago
Singula queq:, poplo communis utriq:
Quem petrus antiquis tribuit consurgere plantis
Adportā uicinus erat, gens uenit abillo
Circumcisa loco. psalmi lex atq: prophetae
Cui xpi cecinere diem, quem paulus abaruis
Erigit. ad templi numquā consederat aedes.
Longinqua tellure iacens. quia gentib: orsus
Coepit abore pio solido uestigia mentis
Inturbas proferre rudes. populoq: mederi
Quem latuit uox prisca dei; sic claudus uterq:
Cum properat. genus omne leuat. gentisq: salute
Personae signauit iter; que gloria rerum ADMIRATIO POETE
Contulit. ut petro paulū gerat ordo secundum;
Qui fundamentis manet architectus in illis;
Ut tamen auctoris memoremus adomnia laudes;
Hi duo sunt caeci. properantib: undique turbis
Qui dno dixere simul. fili optime dauid
Da tenebras exire graues. dacernere lucem
Quam nescimus adhuc; subitum tunc illa medelae
Semper amica manus. iubar intulit. atq: reliquit
Nox oculos. exulq: dies illuminat orbes.
Expauitq: redux inopina crepuscula uisus;
Hos populos liquet esse duos. quos noxia uenae
Cecauit natura suae; clementia ihu
Cum celebrauit iter. cum tempora carnis habere
Seuoluit. deluce nouat. purgatq: figuram
Quam delicta dabant; moxq: fulsit integra imago.

Corpus eccl(esi)a. xp(istu)s caput. ap(osto)li oculi. i(d est) petrus & paulus. Pedes ceteri ap(osto)li. & sequaces eorum de quibus dicitur: Quam speciosi pedes euangelizantium pacem. & reliqua.

Que meruit sentire d(eu)m, pars iuncta cerebro
Maxim(a)e sunt oculi. creat hos in munere xp(istu)s ap(osto)lorum
Qui caput & splendor rerum est, pars omnib(us) ima
Sunt in fine pedes, hos sanat in aggere cur(a)e
Vocis apostolic(a)e: quoniam speciosa uocantur
Que pacem incunctas portant uestigia terris,
Exortum est lumen tenebris: p(er) dona magistri,
Hi faciunt gressus: quib(us) est sors tradita uerbi:
Ut uigeat mediana sequens bonitate prioris.
Paulatimq(ue) salus p(er) totum transeat orbem.

De eo ubi s(an)c(tu)s paulus p(ost) multa in predicatione certamina audiens baptizatis p(er)tulit questionem ne ex gentib(us) baptizaret priusquam circumciderentur unde hierosolimis consuluit & beatus petrus ammonuit quem om(ne)s ap(osto)li sunt secuti

Hoc gentib(us): non inpon(er)e.

Iam rabidas hominum paulus sup(er)auerat iras
Aedificante fide, subitas ubi mouere procellas
Iudaica de nube doli: non primitus ulli
Posse lauacra dari. quam circumcisio carnis
Accedat delege dei, gens dura quid ultra
A lapides ferrumq(ue) uocas: hoc umbra figurae
Non species mansura fuit, simulata relinque
Que iam certa uides, xp(ist)i processit ab ore
Uita manens: omnisq(ue) ub(i) & de fonte renasci
Qui meruit: cuius membra secent. partemq(ue) resolu(a)nt
Cum totum saluare queant: ne quere uetusto
More premi nouitatis opem: deflexaq(ue) retro
Lumina constitui, postquam uia rectior omnes
Dirigit & cessis illustrat sentib(us) orbem
Lite subambigua paulus loca tendit ad urbis
Qui radiant monimenta crucis: s(an)c(t)osq(ue) reuisit

109

Iuris apostolici proceres. quib: omña presens
Que sint gesta refert, petrus cui maxima cura est
Commissos augere greges; ad pascua cunctos
Seduce leta uocans. has explicat ore loquelas,
Cernitis aeternum seclis memorata uetustis
Que populo docili cecinerunt ore prophetae
In nobis complesse dm̄. qui maluit emptor
Omnib: esse salus; nullum discernere passus
In pretio. quo uita redit, mihi iussit apertam
Gentib: monstrare uiam, quid uota morari
Tardaq: iuuat? quid ue hec enigmata cana
Misceri cum luce noua? quos gratia purgat.
Ut ueniant lex nulla uetat, celestis amoris
Materia est festina fides. hanc xps adoptat.
Hanc facit esse suam, qua quisq: merebitur uti
Circumcisus adest. & iure renascitur undis,
Pastorem statuere sequi, plac& ergo ministros
Ire simul. scriptisq: piis. absoluere gentes
Hoc illis non stare iugum. tamen esse cauendum
Ne simulacra colant. quor libamina semper
Execranda forent, ne suffocata cruore
Que maculantur edant. ne seuior hoste libido
Hos inpura premat. quos lux baptismate mundat,
Clarius ut liqueant huius documenta figurae.
Et progressa prius curiam discedat imago
Principium meminisse iuuat, ds̄ inquit abrahā.
Ut testamentum tibi nunc sobolīq: peraeuum
Constituas incarne meum. preputia ferro
Circumcide libens. & federa necte supna,
Secretam scrutemur opem, uideamus in isto
Vulnere pacta dei. que testamenta recondit

Abrahā prem. isaac filiū. rebecca significat ecclam. fons ū baptismū. puer ł unitatē aplice doctrine. q reduxit rebeccā q iuenit adfontē .i. adbaptismū adisaac filiū abrahe. hoc ē: ecclā adfiliū dī.

Abrahā patrē. isaac filiū. rebecca significat ecclam. fons ū baptismū. puer ł unitatē aplice doctrinae. q redux rebeccā qua iuenit adfontē .i. ad baptismū ad isaac filiū abrahae. hoc ē: ecclam ad filiū dei.

Prescius ut terris consortia iungat olimpi;
Que dicat iurare puer. qui primus adundam
Repperit aecclesiae currentem fonte rebeccam;
Corporis ille locus quo circumciditur abrā
Luxuriam lasciuus hab&. uitiq: minister
Naturae sublege iacet; pater ipse futurus
Seminis. unde salus aduentum pullulat orbis
Euacuat quod culpa grauat; truncata libido
Virgineum promittit opus; hec namq: propago
Diuinum concoepit iter; hinc sacra maria est
Ad partum generata nouum. que coniugis expers
Mater inest. natusq: di deuirginis aluo
Emicat. atq: hominem mediator inomnia compl&.
Hinc terrena leuans. illinc celestia prestans;
Preterit ergo uetus xpo nascente figura;
Haec facies ius omne nouat. cultuq: fugato.
Sps ardescens cor circumcidit inundis;
Qui sanantur aquis. ne figant uulnera membris;

De eo ubi scs paulus a spu sco phibet' in asia pdicare q moesiā qq: transiens admacedoniā accessit qui macedonem quendam inuisione stantem uiderat & rogantē ut admacedoniam dignaret' Poti pficisci. —

Nescius interea curis laxare quietem
Paulus inurbe doc&; uerbiq: ligonib: omnes
Excolit. & fidei cogit flauescere messem;
Errorum fluente gelu; quem sps almus
Hec asie proferre uetat; nec moesia quiuit
Diues agris. huius tunc semina ferre salutis
Foecundo ieiuna solo; uir quippe macedo
Insomnis hec uisus ait; miserere precamur

Cambridge University Library
Licensed under Creative Commons Attribution-NonCommercial 4.0 Unported License (CC BY-NC 4.0)

Illiricos dignare sinus, o gratia quantum
Inprovisa parat, subito flammantur amore
Qui post tam tempus habent, sic nocte fugata
Doctiloquus convertit iter. fructusque loquelę
Vescitur esuriens macedonia. per quę soporis
Dona salutiferam meruit comprendere linguam,
Questio crebra sonat. si plenus munere largo
Prediat omnipotens. non venit perdere mundum
Sed salvare magis. faciat quę causa negari
Hec aliis. aliisque dari. cum prodiga ihu
In commune velit pietas sucurrere cunctis,
Suppetit affatim exemplorum copia. nosque
Lectio multiplicem doc& hac in parte figuram
De qua pauca canam, luca narrante relatus.
E populo quidam xpo comes ire rogabat.
Quem secum prodire vetat, qui deinde tacentem
Sponte vocat, novit mundans interna magister.
Que verbum iam corda ferant. quos subtrahat intus
Error iniquus adhuc. ut tunc doctrina minister
Officium cum tuta venit. ne sancta quod inquit
Incipiant violare canes. coenoque gravati
In margaritas vertant contagia porci.
Alteras etiam super est in carmine dura,
Sed quibus exueteri patuerunt omnia fonte
Ore datas tenui facile est advertere guttas,
Exodus ille liber memorat velamina sacri
Pontificis, qua nempe queat splendescere veste
Officiique habitum nitido componere cultu.
Qui segmentatus mediis altaribus adstat,
Quas inter species parili numerantur amictu
In femoralia exuviae. quibus indumenta pudoris

Progrediens ad templa loci studeatque sacerdos
Obstrictis rebus misteria castus adire
Quod statuit lex prisca magis deuinctaque iussit
In uno haec membra tegi quae possit atra libido
Cum properat libare deo laxata relinquens
Coniugio post sacra tamen ne parcior usus
A subolis nonstaret opus sterilique marito
Conubii frigeret amor cumcerta propago
Hoc sollempne gerens nullos admitteret umquam
Externa destirpe uiros ubi nomine prisco
Exactis perdurat honor prolesque pereuum
Sacrificanda redit uicibus supplenda creandi
Aecclesiae nunc alma fides sine fine pudicos
Pontifices iubet esse suos et querit inomni
Cauta tribu quos rite probet nec sanguinis esse
Sed merita successus tamen illa figura
Qua sine nulla uetus subsistit littera demum
Hac melius nouitate manet uariatque recurrens
Alterna ratione uices ne forte sacerdos
Tunc generare uelit cum nec dum mente capaces
Cernit adesse greges cumque instat nouerit ardor
Discendique famis ita apertius ora resoluat
Nequisquam ieiunus eat nam semine uerbi
Prolem posse dari paulus quoque saepius inquit
Filioli dicendo mei uiuat ergo parumper
Eloquium genitale premi studiumque docentem
Dispensare suum laxans pro tempore uires
Ingenii strictasque ferens ne fusa profani
Conculcata terant mundatis sancta reseruans
Fas licitat inde queri culpis hoc imputet ade-
uenae poena suae quid enim rea fauce parentum

progenies sibi iure petat· sator ille benignus ııı
Ni donare uelit· quicquid temerarius error
Corrupto natale tulit· una sola salutis·
Affectus parcentis erat, miseratio semper
Condicione caret, praestans indebita xps·
His prius accelerat· iustusque his munera tardat·,

De eo ubi scs paulus philippi a puella que clamabat credi debere paulum quod seruus dei excelsi esset· Spm fitone expulit· ob hoc cesus esset· & missus est in carcere cum sila ubi terremotus his psallentibus uincula omnium soluta sunt· & cum se carcerarius uoluisset occidere prohibuit· quem cum suis postea baptizauit·

In macedum terris cum moenia nota philippi
Doctoris celebraret iter· bachata puella
Sub stimulo phitonis ait· paulum esse ministrum
Aeterni scitote dei·, professio uera
Mendaci detecta sonat· uocemque fidelem
perfidus habet·, sed non defertur honori
Quod cogit formido loqui· nec mente coheret
Nudus amore timor, paulus miseratus ab atro
Demone corda premi· nolensque licere profano
Diuinas aperire uias· fuge dixit et ista
Ulterius temptare caue·, nil iussa moratus
Hostis abest· uacuamque domum possessor iniquus
Deserit· ac profugo mulier sanata periclo·
Conticuit de laude uiri·, que coepta peregit·
plusque tacens hoc esse docet·, de munere uulgi
hec questu faciebat heris· quos turbidus implet
Quo caret illa furor· populique procacis in aure
Seditione fremunt· romanis obuia sacris

Cambridge University Library
Licensed under Creative Commons Attribution-NonCommercial 4.0 Unported License (CC BY-NC 4.0)

Sacra dari ritusq: nouos extra per orbem
Et cecidisse deos ueteres, tunc agmina raptim
Fustibus innumeris eliso corpore pauli
Conueniunt ubi carcer erat, quem sedib: imis
Includunt comitante syla, uestigia quoru
Ligno mersa cauo uinclis tenuere beatis.
O felix declade locus, cui clara refulgent
Lumina protenebris: inquo dedit esse phennem
Nox antiqua diem, migrat translatus in aulam
Aecclesiae: cunctisq: ferens modo dona salutis
Quam bene carcer erat, tota concurritur urbe
Qui primus noua tecta petat: quis te oscula figat
Postibus, et tacta sacretur parte chilindri.
Iam nocturna quies per corpora serpere fessa
Coeperat, exiliit tellus imitata ruinam:
Visceribus concussa suis, et claustra relaxans.
Mota uagatur humus, seruitq: canentib: hymnu
Tempestas famulata soli, pro quanta pateris
A nullo superanda fides, ueniente periclo
Poena fugit: geminoq: metu discrimina crescunt
Ut perdant tormenta locu, tremefactus abalto
Excutiens sua membra thoro. cu libera custos
Cerneret antra necis: gladii mucrone retecto
In iugulu uult ferre manu, sed non licet illi
Paulo teste mori: cuius solamine uitam
Repperit. atq: suo meruit decarcere solui,
Descendensq: domu sacris fomenta ministrat
Vulneribus: liquidamq: parat sibi redditus undam.
Caelestem nacturus aqua, nam corda saluti
Figere paulus amans: cunctos simul amne fluenti

Pelluit, aetherei patuit cui luminis ante
Gratia non perimi. creuit post uita renasci,
Blandiloquis olim capta est sermonibus aeua.
Deceptura uirum, nunc improbus ora puellae
Qui tunc demon agit, repetensque ad crimina sexum
Dequo predo fugit. multis uentura canendo.
Peccati conceptor erat, sed apostolus adam
Iam melior caeleste leuans in imagine signum.
Qui fuerat terrenus homo. nec serta recepit.
Nam fallit quod ab hoste uenit. metuamus ut omnis
Hoc audere nefas. nec corrumpamur amari
Felle doli. si uera canat. qui falsa ministrat.

De eo ubi scs paulus athenis ubi a populo seminator uerbi uocabatur cum epicureis & stoicis philosophis certauit & pro magistratus plura disseruit antequam uideret faciens mansionem & dionisius primus ariopagita cum aliquibus credidit.

Ingeniis claras & linguis paulus athenas
Ingreditur. tumidamque feris conflictibus urbem
Eloquio torrente premit, quem turba profari
Doctisonis mirata modis. quibus inquit ab oris
Verborum fluit iste sator. plebs nescia paulum
Semina ferre uocat. fruiturque errore magistro
Vera loquens, namque hic facundus in orbe uiator
Ambulat atque colit. cuius labor omnibus instat
Ut crescat diuinus ager. purgataque fructum
Mens humana ferat. lolii ne sordeat herbis
Quam segetes portare decet, manus aemula cogit
Ad proceres hunc ire simul. quibus edidit astans.
Cecropidae. quos fama canit sermone diserto
Gimnasiis uernare suis. ubi praesidet altus
Sacrilegae nouitatis amor, uos cernimus aram

Cambridge University Library
Licensed under Creative Commons Attribution-NonCommercial 4.0 Unported License (CC BY-NC 4.0)

Na[m] p[re]cabant[ur] aliq[ua]n[do] t[em]p[o]re athenenses d[e]os suos p[ro]p[ter] pluuia[m] & n[on] impetrauer[unt]. tande[m] d[omi]n[u]m celi rogabant & satis inueniebant. Unde d[e]o celi ara[m] construebant. qua[m] ignoto d[e]o sacrificabant.

Ignoto potuisse deo· qui condidit astra·
Qui pelagus terrasq[ue] dedit· quem uita parente[m]
Ut moueamur habet· cuius spiramus ab igne.
Cuius imago sumus· de quo cecinere prophetę
Hinc hominu[m] constare genus·, quem predico cuncta
Sanxit ab ore suo·, cur hec diuina uocatis
Quę facitis· uacuoq[ue] metu cæleste putatis
Auxiliu[m] quod gignit humus·, natura metalli
Visceribus iacet ima soli· quibus eruta sumit
Ingenii fabricantis opem· seu numina templis
Hinc ueniant· seu uasa focis·, sibi causa timori est
Ars operata deos·, dominu[m] super omnia fusu[m]
Claudere nemo potest· paruisq[ue] artare figuris·,
Quod capitur minus est spatio capientis·, in auro
Materia est·, opifex rerum non sustinet usum
Quem simulant quos ipse creat·, qua[m] dura luetis
Crimina· qua[m] stultam sese sapientia ursa (?)
Iudicii est sensura die· cum corpora x[ristu]s
Surgere cuncta iubet· tormenta sine carebunt·,
Ut q[ue] reos cruciet· seruat quos deuorat ignis·,
Sic caro iuncta deo carnales expiat actus.
Et commissa sibi coram hac examinat ultor.
Qua uoluit moriente pati· quam funeris expers
Viuificare uolens· post tartara reddidit astris·,
Hec multas ad dona uocant·, dionisius ipse
Primus in arce loci· noua præmia iungit honori·
Complexusq[ue] fidem· sic incipit esse sophista·,
O lupe paule rapax· dedit hoc benedictio iacob
Nomen habere tibi·, quid iam remanebit in orbe
Quod non ore trahas· postqua[m] sollertia graia
Cessit· et inuictas in dogmate uincis athenas·,
Cur epicureus uel stoicus impia soli

(left margin:) ...[qu]a p[re]cabantur ... quo tempore athenenses d[e]os ... suos p[ro]p[ter] pluuia[m] ... n[on] impetrau[er]unt. tandem ... d[omi]n[u]m celi rogabant et satis inueniebant. Unde d[e]o celi aram construebant. quam ignoto deo sacrificabant.

(left margin:) Opifex d[icitu]r ab ope & facio

Bella cient reserare opus est quo nomine multi
Sectarū colere greges. uitam ambo beatam
Elegere sequi. quam corpore diligit alter;
hic animi uirtute colit, dat & actio pauli
Auditam precepta piam, sic themate iuncto
his magis alternis soluerunt uocibus ora.
Corporis atq: animæ commissus partibus extat
Plenus homo, sed nunc studiis diuersa sequentes
Ambo uolunt quod neuter habet, uas lumine plenū
Subdit utrumq: deo, uideo clamans caro menti
Quam sit iniqua meae, rursusq: salubriter infit.
Non propria de parte geri quod gratia donat.
hoc celebremus iter: uia est quia xp̄s & ipse
Se uocat esse uiam: per se gradiamur ut ad se.
Sanctaq: ne pedibus possit cessare lucerna
Praeco datus fidei uestigia suggerit orbi.

De eo ubi scs paulus corinthū ueniens inuenit aq̄la noīe pdicantē cū q̄ & mansit exercens simul & scenofactoria arte in qua erant pediti hoc est tabernaculorum factione ubi enim xp̄s admonuit ne predicare cessaret omīs ibidē credidenunt

Attica discedens iam liquerat agmina paulus
Eloquii superata pius, bimarisq: corinthi
Moenia iuncta petens, populosam repperit urbem,
Que licet alterni contingeret aequoris undas.
Perpetuas sitiebat aquas, ibi ponticus ille
Aquila tunc praeceptor erat, uir plurima laudis
Instrumenta gerens, cuius se paulus amico
Contulit hospitio, sociam dignatus adire
Artis amore domum, nam scenifactor uterq:
Pollebant operis studiis & dogmate legis.

Xp̄s agit nunc paule doce non obuiat ullus
Me comitante tibi quę sit mihi moenibus istis
Turba uides insiste loquens ego pectora firmabo
Ista monent nullos umquam de munere tardo
Posse queri gratis quod dat clementia xp̄i
Tecta sub ambigua lateat ne forte figura
Qua dabitur ratione canam de nomine sepe
Argumenta trahi documentaq; maxima gigni
Scripturæ cecinere piæ iuuat altius ergo
Quærere qui paulo carus coniungitur hospes
Factus in arte comes sub cuius imagine causae
Sic uocitatus erat qualiue decorus honore est
Hac quoq; placens aquilae natura fidelis
Sponte gerit quod forma tenet nam debilis æuo
Et declinatis senio iam uisibus ales
Flammiuomo sub sole iacet pennasq; grauatas
Eius inigne fouet nocturnaq; lumina pandit
Atq; oculos radiis ardentibus ingerit ægros
Ad ueterem reditura diem sic dona caloris
Languida sumit auis cuius de fomite uires
Accipit & prisci reparat dispendia sæcli
Cui ne sola forent quę feruidus incutit æstus
Perlaticum purganda uadum ter mergit in undis
Et senium deponit aquis iuuenemq; decoris
Effigiem de fonte leuat quis apertior actus
Religionis erit cum ueri lumine solis
Tangimur antiqui contagia soluimus æui
Accedente fide limpha mox matre renati
Conspicimur nouitate rudes infantia rursus
Fit rediuiua seni geminoq; manentibus ortu
Hic melior natalis adest bene conscius huius

Cambridge University Library
Licensed under Creative Commons Attribution-NonCommercial 4.0 Unported License (CC BY-NC 4.0)

119 114

Altius exempli quem spiritus egit opimam
In cythara uersare manum. renouaberis inquit
More aquilae. qua lege datur sentire probatis
Laude placere typi. quod firmant cantica iusti.
Nec uacat ars pauli. socio celebrata sub ipso
Secreti uirtute boni. tentoria quippe
Fortia mobilibus fabricabat in aggere tectis.
Longius haec abiens peregrinus ubiq: uiator
Frigit. atq: hiemes solesq: his pellibus arcet.
Nos quoq: per culpam prima de sede repulsi
Exilio mundi iacimus. uia reddita tandem
Qua patriae repetamus iter. munimina nobis
In castris sunt paule tuis. ne criminis imbres
Tempestas mundana ferat. scelerumq: uapores
Ignitus temptator agat. sub tegmine tali
Tuta salus nullum discriminis excipit ictum.
Nec prostrata feri succumbit uiribus hostis.
Mystica signa duces praemittunt laudibus artis.
Pisces petrus agens homines capit. aequoris hospes
In macris persistit aquis. habitacula paulus
Dum terrena leuat. docet ut caelestia condat.
Factaq: saepe manu. nunc construit atria uerbo.

Deo ubi scs paulus in epheso cum xii uiros de spu sco interrogasset nec non se hoc audisse dixer quibus baptismo fuerant baptizati. quos paulus quia baptismum iohannis inuenturi nomine fuisse per docuit eosdem in xpo baptizauit. & sps scs eis max linguas uarias tribuens super uenit.

Ulteriora sequens lustratis finibus arua
Conueniens ephesum paulus docet atq: ibi quosdam
Prospiciens adstare uiros: an spiritus almus

Venerat his quesitor ait, qui fonte iohannis
Se dudum maduisse ferunt, nam nominis huius
Expertes huc usq; trahi, quos flumine sacro
Abluit: & scs mox spiritus ora repleuit:
Verborumq; dedit solitis uirtutibus imbrem.
k. poeta Sepius arma mouent ista de parte profani:
Et bellare parant, quibus ut contraria possim
Fundere tela loquens: tu nunc mihi largius ora
Spiritus alme figa: sint ut tibi dogmata digna
Que dederis, tu uocis iter: tu semita linguae:
Tu dicture ueni: qui per tua munera semper
Quod reddamus agis: donisq; refusis usum.
Nomine uenturi precursor in orbe iohannes
Exhibuit baptisma suum: dominoq; parauit
Ipse uiam: nec morans cunctis baptisma futurum
Post aliud: quod iure datur: quod trina potestas
Illustrare solet, sed quod magis eligit huius
Tangere xps aquas: formam facit omnibus adse
Currere fonte pio: sacram ne deserat undam
Ulterius mortale genus, quam corpore mundo
Et dns dignatus erat: cum deluit amnem
Per famulum mergente deo: iam flumine tacto
Discipulis hoc cessit opus, quod dogmata plures
Baptizasse canunt, serui cessare lauacrum
Ut fuerat ueniente dei praenuntius ex quo
Dixerat ista prius, quo fecit tempore ihs
Iam plenum baptisma geri uelut ante iohannes:
Cum solitum propriumq; daret, que regula paulum
Compulit ut xpi deberent fonte renasci:
Quem nonuenturum sed iam uenisse iohannes
Insinuans digito caelestem prodidit agnum:

Hunc peccata canens a cuncto tollere mundo,
Quid geminum simulare cupis baptisma profane?
Dissona non iterant, repetitio rem tenet ipsam.
Non aliam: bisque illa foret que primitus esse
coepit. et ipsa redit, nam cum discordet origo
principii. finisque sequens et singula dici.
Et patet esse semel, nulloque errore gravantur.
Que collata simul possunt divisa probari,
Cum tamen heretico nigredine plenus averni
polluitur quicumque lacu: si lumen habere
Aecclesiae vult forte piae, non cogit ad undam
Nostra fides hunc ire iterum, quia nomine trino
Dogmata prava trahunt: nec qui sed quid dare posse
Explorare solet. positae quem vera fateri
Instituere manus: solusque repellitur error:
Indiversa trahens quod ipsis efficit unum.
Hos etiam bis sex memorat scriptura fuisse.
O sacer et felix numeri modus, agmine fuso.
Cum meruere cibi dampnorum semine nasci.
Iuris apostolici lata est tot gloria vasis. Ubi in epheso cum paulus diversis modis tribueret sanitatem vii iudei demoniaco manus inponere presumpserunt dicentes se in xpi nomine quem paulus predicabat efficere quos demon et responso reddito laceratos fugavit q. populus agnoscens venit et stant ad baptismum Sed et libros magicos incenderunt.

Iam sermone potens ephesi convenerat urbe
paulus et aetheriis fulgebat gloria signis,
Cumque per innumeros putarent saucia morbos
Corpora nec miseros operata refecerat aegros
Artifici medicina manu, velamina sacra
Absentes petiere sibi, quibus affuit ardens

recederet calor s. febriu credulitas tminu febri
Ut traderet vapor ille fides. finemq: calori
s. fidei s. ig i. uestis q̄ no omino sed ex dimidia parte cigit corpus t tegit
Altera flamma daret, semicinthia deniq: pauli
portata. manifeste uelamina capitis emissa. mēbra. s. ifirmor
Aegris oblata palam sudaria fusa per artus
i. egritudinū uicere calores p reposita
Langui pressere focos, membrisq: repostae
evanationē fugere morbi uirtus s. membra. i. sanans
Adnihilum fluxere lues, uigor omnia curans
s. uestiū pauli q. i. familiæ s. sanitatis puantur
Tactus erat, nullaeq domus annumere cessant
s. mun medicabili s. pauli portant t accipiunt. i. secitate uestimtorū pauli
Quod medica deueste ferunt, uirtute subipsa
s. imundorū tēpestas crudelis adnihilata t spreta
Spirituu quoq: turbo minax. uelut irrita fumi
uacuū euanuit plasmatura decora creatoris
Pars per inane fugit: ne fabrica pulchra creantis
creata s. de. i. tra similitudinem
Que plasmata solo caelestis imaginis instar
portauit s. q imaginē munere t gestat
Traxit. et auctoris speciem propignore portat
adventore diabolo sordidata s. hominū xp̄i Templū di estis et sp̄s di habitat i uobis
Hospite sit polluta suo, templumq: decoris
s. ne corrūpat raptoris diaboli foetor i. quando ista fiebant ephesi Modo loquitur de sceua
Inficiat predonis odor, quo tempore septem
i. iudaica gnre s. c̄tra diabolū audebant iudeo hītē. vii. filios qui uidentes paulū demoniacos liberare uoluerit ita agere sed n̄ potueruert. tandemq: ademoniaco quodam lacerati sē.
Iudea destirpe uiri noua proelia temptant.
locuti
Sic prius affati, quem paulus nomine ihm
similit adnuntiam
Predicat hunc tibimet pariter proponimus et nos.
i. occupatū relinque corpus s. diaboli exadūso. s. respondens
Peruasum dimitte locum, uox reddita contra
s. scio dix s. sit itellego s. iudeos
Xp̄m quis sit ait: quis paulus sentio, nam uos
s. xpo i. contēpnere s. me itellege amētiā
Ignotos uitare licet, cognosce furorem vox poete
s. o iudea pūsa c̄fitetur
Gens inimica tuū: demon regnare fatetur.
s. xp̄m s. ihc mundū c̄e dicis s. demone. i. superis s. o iudea
Quem uenisse negas. atq: hoc conuinceris ipsa
diabolo decipiente i. cadis s. demoni s. axpō s. īrespectu pauli
Quo stimulante ruis, cui nondatur ore placere.
i. ab timorē sonat dissona suæ uoluntati
Quod terrore mouet, contraria dicere uoto
i. lex di uetat s. fidē i. ius c̄seqtur dilectionis
Causa dei prohibet, quam lex comitatur amoris
certa s. c̄tigert. i. stupores Ecce admiratio poete
Hec est uera fides, que tunc spectacula plebi
uictricē superante gl̄am
Quamue triumphalem domino uincente coronam
euenit isano clamore stridens
Contigit inde geri. rabido cum murmure frendens
s. cultorib: rite nocens scindit uestes
Demonis ira suis bene noxia rumpit amictus.
Aduersos reuocans. conuersis cuncta remittens.
Deq; malis ueniã dando bonos faciens.
Non ergo audacter mens ueri nescia culpæ.
Quod placuit summi iudicis arbitrio.
Sed subdat sese iusto ignorantia regi.
Qui numquã que sunt non bona uelle potest.

De cohibenda iracundia

Nulli irascenti ira sua uidet͛ iniusta. unde ab omi indignatione cito redeundũ est ad mansuetudinis lenitatẽ. Nam p͛tinax motus facile in eius odiũ t͛nsit. cui non celeriter ignoscit.

[Epi]grã
ma

Nemo suæ m̃tis motus ñ estimat æquos.
Quodq; uolunt homines se bene uelle putant.
Unde animus celeri pace est reuocandus ab ira.
Ne robur sæuis tempora dent odiis.
Offensas sibimet parcentia corda remittant.
Nam nemo est qui non indigeat uenia.
Quã nri memores mundi inter uana uicissim
Omnib; in causis & damus & petimus.

De fine sc̃oꝝ

Cultor iustitiæ diuinæ & pacis amator
Quem uocat ad summũ uita beata polũ.
Scandere constant dextros adnitere calles.
Despiciens leuæ noxia plana uiæ.
Tutius est duros mundi tolerare labores.
Infestiq; hostis proelia sæua pati.
Quam uictũ officiis animũ submittere blandis.

Cambridge University Library
Licensed under Creative Commons Attribution-NonCommercial 4.0 Unported License (CC BY-NC 4.0)

145

Captaq; seruili subdere colla iugo.,
Tempore inocciduo non longe est usus honoris.
Et celeri lapsu gaudia falsa fluunt.,
Finem igitur proprii sapiens speculabitur æui.
Et uia quā currit quo ferat aspiciet.,
Nam mundo (s. cūbentib:) innixis pars est cū principe mundi.,
At seruis xp̄i gloria xp̄s erit., De carnis desideriis castiga[ndis] Epigrāma di[...] Epigrā[ma]

Corporeos inter sensus moribundaq; membra
Multa animus patitur carnis ab hospitio.
Quę (s. caro) uitę de qua uiuit contraria quęrens.
Legem uult mentis soluere lege sua.,
Sed prudens præsul famulam frenare rebellē
Aeterni regis discit ab imperio.,
Et uerū accipiens supero de lumine lumen.
Noctem peccati cordis ab æde fugat.,
Nam quia cuncta deus bona condidit. ipsaq; nr̄i
Exilii regio est pulchra decore suo.,
Auditus. uisus. contactus gustus odorq;
Preberi gaudent undiq; quod placeat.,
Fitq; nocens homini presentis temporis usus
Si captum blandis inferiora ligant.,
Mens (s. o tu) igitur sapiens superas enitere ad arces.
Et summis fieri suesce beata bonis.,
Delicias iam nunc promissi concipe regni.
Uirtute et fidei quod cupis esse tene.,
Neue ad spem dubiam frustrate currere cre[das]
Naturae in xp̄o prospice liba (i. nota) tuæ.,
A quo susceptū si te non ambigis esse.
Totus homo in capitis corpore semper eris.
Tantū ut iussa uelis nutu admouere doce[...]
Qui qđ agit ūbo. p̄uenit auxilio.,

De altitudine fidei spei & caritatis Epigrama

In deitate gradus mensura & tempora non sunt.
Et quod idem est maius non habet atq; minus.,
Corporeæ moles longe formæq; recedant.
Uirtus summa caret finib; & spatiis.,
Quod pater hoc simul est uerbū patris. hoc utriusq;
Sp̄s. hic deus est unus & una fides.,
Per quam (fidem) uerorū spes non incerta bonorū
Sublimem ignito scandit amore uiam.,
Et prægustata superi dulcedine roris.
Doctrinis pasci gaudet apostolicis.,
Quisq; ergo indignas non uis incurrere curas.
Innecti uanis occiduisq; caue.,
Mortalis uitæ breuitas non multa requirit.
Paucorū exigui temporis usus eget.,
Esse (s. o tu) uolens. gaudere optans. scire abdita querens.
Utte non teneant ultima summa pete.,
Delectare deo rege. in cælestibus esto.
Et qui spem sequeris. credita amore tene.,
Nulla in te maneant hominis uestigia primi.
Nec formā ueteris gestet imago noui.,
Exulta agnoscens te uerbi in carne renatū.
Cuius si pars es. pars tua xp̄s erit.,
Qui ne dampnandi legeres (l. eligeres) mala gaudia mundi.
Promissum ad regnū se tibi fecit iter.,

De confitendo uno dō Epigrāma

Cū pater in uerbo sit semper. & in patre uerbū
Sitq; (s. cū) unus uerbi sp̄s atq; patris.
Sic de personis tribus est tibi non dubitandū.
Unum ut docta fides confiteare deū.,

Itē de eodē. Epigrāma.

Corde patris genitū creat & regit omnia uerbū.
Nec tamen est aliquid quod sine patre gerat.,
Unus enim amborū motus. ratio una mouendi est.

Cambridge University Library
Licensed under Creative Commons Attribution-NonCommercial 4.0 Unported License (CC BY-NC 4.0)

Par uirtus· idem sps̄· unus amor., Itē de eodem.

Sic magnus deus est de se ualet & manet ipse. Epigrāma

Cui summū & propriū est semper id esse quod est.,

Splendet enim uerū uero de lumine lumen.

Ingenitū agnoscens nouerit igenitū., Itē de eodē. Epigrāma.

Vna triū deitas· una est essentia ab uno.

Idem est cū uerbi sps̄ atq: patris.,

Nullum opus abiunctū· nulla est non æqua potestas.

In cunctis unū sunt tria principiū. De querendo psceuerant dm̄. Epigrāma

Cum pia mens in laude dei superata laboras.

Gaude quod tantū te bene uincit opus.,

Teq: aliquid superi cognosce hausisse uigoris.

Si tibi non satis est quod capis atq: sapis.,

Quere bonū sine fine bono & persiste reperto.

Quærere non habeant talia uota modum.,

Nam qui se nullo iam munere credit egere.

Crescere non cupiens perdit adepta tepens.,

TIRONIS PROSPERI· EXORTATIO AD UXOREM.

Age iam, precor, mearu; comes in remota rerū.

Trepidam breuemq: uitā· dn̄o deo dicemus.

Celeri uides rotatu· rapidos dies meare.

Fragilisq: membra mundi· minui pire labi.

Fugit omne qđ tenemus· neq: fluxa hnt recursu.

Cupidasq: uana mentes· specie trahunt inani.,

Ubi nunc imago rerū est· ubi sunt opes potentū.

Quibus occupare captos· animos fugit uoluptas.,

Qui centū quondam terrā uertebat aratris.

Aestuat ut geminos possit habere boues.

Uectus magnificas carpentis sepe purbes.

Rus uacuū fessis æger adit pedibus.,

Ille decem celsis sulcans maria ante carinis.

Nunc lembū exiguū scandit & ipse regit.,
Non idem status est agris non urbibus ullis.
Omniaq: infinem precipitata ruunt.,
Ferro. peste. fame. uinclis. algore. calore.
Mille modis miseros mors rapit una homines.,
Undiq: bella fremunt. omnes furor excitat armis.,
Incumbunt reges regibus innumeris.,
Impia confuso sæuit discordia mundo.,
Pax abiit terris. ultima queq: uides.,
Et si concluso super essent tempora sæclo.
Aut (si) posset longos mundus habere dies.
Nos tamen occasū nr̄m obseruare deceret.
Et finem uitæ quemq: uidere suæ.,
Nam mihi quid prodest qd̄ longo flumina cursu
Semper inexhaustis prona feruntur aquis.
Multa quod annosæ uicerunt secula siluæ.
Quodq: suis durant florea rura locis.,
Ista manent. nr̄i sed non mansere parentes.,
Exiguam uitā temporis hospes ago.,
Non ergo sumus nequiquam in sæcula nati.
Que (scta) pereunt nobis & quibus occidimus (t moriemur).
Sed uitam æt̄nam uita ut mereamur iusta.
Et subeat requies longa labore breui.,
Et tamen iste labor fit forte rebellibus asper.
Aut rigidas leges effera corda putant.,
Non autē grauis est mansueto sarcina dorso.
Nec ledit blandū mitia colla iugū.,
Tota mente deus tota ui cordis amari
Precipitur. uigeat cura secunda hominis.,
Quod sibi quis nolit fieri non inferat ulli.
Uindictam læsus nesciat exigere.,

128
147

Contentus modicis uiuet sublimis haberi.
Sperni non timeat. spernere ñ soleat.
Parcus uera loquens. et mente et corpore castus.
Insonte uitā pacis amator agat.
De proprio cunctis quos cernit egere benignus. (ł tribuat)
Non sua non cupiat. que sua sunt tribuat.
Quid rogo mandatis durū censetur iniustis.
Aut quid erit quod non possit habere fides.
Qui credunt sacros uerū cecinisse prophetas.
Et qui ñ dubitant uerba manere dei.
Qui xp̄m passū poenas crucis ultima mortis
In toto celsi patris honore uident.
Quiq; ipsū multa cū maiestate tremendū
Expectant pingui lampade puigiles.
His sordent terrena. patent caelestia. nec se
Captiuos seruos tēporis huius agunt.
Nonq; capit fallax illos sapientia mundi.
Nec curas steriles inseruere polis.
Imperia et fasces indocti munera uulgi
Quasq; orbis scelerū semina gestit opes.
Calcarunt scā caelū ambitione petentes.
Suffragiis xp̄i et plausib; angelicis.
Nec labor hos durus uicit. nec blanda uoluptas.
Querere nil cupiunt. pdere nil metuunt.
Omnia non xp̄i qui xp̄i est odit in illo.
Se statuens ipse qui gerere optat eū.
Ille deus rerū caeli terræq; creator
Me propt̄ sacra uirgine natus homo est.
Flagris dorsa alapis maxillas ora saliuis
Prebuit. et figi se cruce non renuit.
Non ut amanda dō quicquā patientia ferret.

Cambridge University Library
Licensed under Creative Commons Attribution-NonCommercial 4.0 Unported License (CC BY-NC 4.0)

C uius nec crescunt· nec minuuntur opes.
S ed quod erat uictū inme, ut superaret in illo.
F actus sū xpi corporis ille mei.,
M e gessit moriens. me uicta morte resurgens.
E t secū ad patrē me sup astra tulit.,
Q uidnā igitur tanta prospe tolerare recusem.
A ut quid erit quod me separet a dnō.
I gnem adhibe. rimare manu mea uiscera tortor.
E t fugiunt poenas membra soluta tuas.,
C arcere si ceco claudar nectarq: catenis.
L iber in excessu mentis adibo dnm̄.,
S i mucrone paret ceruicē abscidere lictor.
I npauidū inueniet mors cita· poena breuis.,
N ec metuo exiliū· mundus domus omīb: una est.,
S perno famem· dnī fit mihi sermo cibus.,
N ec tamen ista mihi de me fiducia surgit.,
h T u das xpe loqui· tuq: pati tribues.,
S pes igitur mea sola deus quem credere uita est.
Q ui patriae ciuem me dedit alterius.,
S orte patrū occiduū iussus transcurrere mundū.
ub xpi sacris aduena miles eo.,
N ec dubius me iure breui terrena tenere.
S ic utor propriis ceu mea n̄ mea sint.,
N on mirabor opes. nullos sectabor honores.
P auperiē xpō diuite non metuā.,
Q ua stetero aduersis hac utor mente secundis.
N ec mala me uincent. nec bona me capient.,
S emp agā grates xpō dabo semp honorem.
L au[s] dnī semper uiuet in ore meo.,
T u modo fida comes mecū isti accingere pugnae.
Q uam d̄s infirmo prebuit auxiliū.,

In nobis nichil audemus sed fidimus in te.
nos pugnare iubes &superare facis.

Cambridge University Library
Licensed under Creative Commons Attribution-NonCommercial 4.0 Unported License (CC BY-NC 4.0)

149
148

Sollicite luctum cohibe. solare dolentem.
Exemplum uitae simus uterque piae.
Custos esto tui custodis. mutua redde.
Erige labentem. surge leuantis ope.
Utcaro nonea dem tantum. sed mens quoque nobis
Una sit. atque duos spiritus unus alat. AMHN. FINIT.

Aurelius prudens uirtutum plia clemens
Cum uitiis cecinit metrica scolasticus arte.
Incipit psichomachia prudentii. De temptatione abrahae isaac.

Senex fidelis prima credendi uiam
Abram beati seminis serus pater.
Adiecta cuius nomen auxit sillaba
Abram parenti dictus abraham deo.
Senile pignus qui dicauit uictimae.
Docens adaram cum litare quis uelit
Quod dulce cordi quod pium quod unicum
Deo libenter offerendum credito
Pugnare nosmet cum profanis gentibus.
Suasit. suumque suasor exemplum dedit.
Nec ante prolem coniugalem gignere
Deo placentem matre uirtute editam
Quam strage multa bellicosus spiritus
Portenta cordis seruientis uicerit. Loth captus de sodomis.

Uinctum feroces forte reges coeperant
Loth immorantem criminosis urbibus
Sodomae et gomorrae quas fouebat aduena
Pollens honore patruelis gloriae. Sequitur abraham predones.
Abram sinistris excitatus nuntiis
Audit propinquum sorte captum bellica
Seruire duris barbarorum uinculis.
Armat trecentos terque senos uernulas.

hoc metrum. xii. est sillabarum. idest sex pedum. et uocatur iambicum senarium. ψυχη gr. anima. lat. Machia. i. pugna. Inde psichomachia. i. animae pugna. i. uirtutum uitiorumque pugna.

pignus pignoris filiorum. pignus pigneris uestium.

Antequam immolare filium bellum gessit cum .iiii. regibus. Sic nos non antea possumus immolare filium deo. i. animam. nisi bellum geramus contra uitia sic idem fecit. Nam abraham iam habebat filium sed non legitimum de agar scilicet ismael dictum.

Pergant ut hostis terga euntis cedere.
Quem gaza diues ac triumphus nobilis
Captis tenebant impeditum copiis.
Quin ipse ferrum stringit et plenus deo
Reges superbos mole predarum graues
Pellit fugatos. sauciatos proterit.
Frangit catenas. et rapinam liberat.
Aurum puellas paruulos monilia
Greges equarum uasa uestem buculas.
Loth ipse ruptis expeditus uinculis.
Attrita baccis colla liber erigit. Abraham uictor

Abram triumphi dissipator hostici
Redit recepta prole fratris inclitus.
Ne quam fidelis sanguinis prosapiam
Uis pessimorum possideret principum. Abraham melchisedech decimas offert Abraham offert agnum melchisedech panem & uinum.

Adhuc recentem cęde de tanta uirum
Donat sacerdos ferculis cęlestibus.
Dei sacerdos rex et idem prępotens
Origo cuius fonte inenarrabili
Secreta nullum prodit auctorem sui.
Melchisedech qua stirpe quis maioribus
Ignotus. uni cognitus tantum deo. Sare in tabernaculo Abram sub arbore tres angli occurrunt.

Mox et triformis anglorum trinitas
Senis reuisit hospitis mapalia
Et iam uigeta sara in aluum fertilis
Munus iuuentę mater exsanguis stupet
Herede gaudens et cachinni poenitens.
Hec ad figuram prenotata est linea
Quam nostra recto uita resculpat pede.
[Pu]gnandum inarmis pectorum fidelium

Cambridge University Library
Licensed under Creative Commons Attribution-NonCommercial 4.0 Unported License (CC BY-NC 4.0)

O mnemq: nr̄i portionem corporis
Q ue capta foede seruiat libidini
D omi coactis liberandum uiribus,
N os esse large uernularū diuites
S i quid trecenti bis nouenis additis
P ossint figura nouerimus mystica.
M ox ipse xp̄s qui sacerdos uerus est
P arente inenarrabili atq: uno satus
C ibo beatis offerens uictoribus
P aruā pudici cordis intrabit casam
M onstrans honorē trinitatis hospitae.
A nimā deinde spiritus complexibus
P ie maritam prolis expertem diu
F aciet perenni fertilē desemine.
T unc sera dotem possidens puerpera
H erede digno patris implebit domū. Explicit prefatio. Incipit inuocatio.

X pe graues hominū semp miserate labores
Q ui patria uirtute cluis propriaq: sed una.
U nū namq: deū colimus denomine utroq:
N on tamen & solū. quia tu deus ex patre xp̄e.
D issere rex noster quo milite pellere culpas
M ens armata queat nr̄i depectoris antro.
E xoritur quotiens turbatis sensib: intus
S editio atq: animam morborū rixa fatigat.
Q uod tunc presidiū plibertate tuenda
Q ueue acies furiis inter precordia mixtis
O bsistat meliore manu. nec enim bone ductor
M agnarū uirtutū inopes neruisq: carentes
X picolas uitiis populantib: exposuisti.
I pse salutiferas obsesso incorpore turmas

Depugnare iubes, ipse excellentibus armas
Artibus ingenium quibus ad ludibria cordis
Oppugnanda potens tibi dimicet et tibi uincat.
Vincendi praesens ratio est si comminus ipsas
Virtutum facies et conluctantia contra Primo
Viribus infestis liceat portenta notare. Fides secura ad
Prima petit campum dubia sub sorte duelli huc belli ignara
Pugnatura fides agresti turbida cultu. idolatria repugnat.
Nuda humeros intonsa comas exerta lacertos.
Namque repentinus laudis calor ad noua feruens
Prelia nec telis meminit nec tegmine cingi.
Pectore sed fidens ualido membrisque retectis
Prouocat insani frangenda pericula belli.
Ecce lacessentem collatis uiribus audet
Prima ferire fidem ueterum cultura deorum. Fides idolatriam
Illa hostile caput faleratque tempora uittis conculcat.
Altior insurgens labefactat et ora cruore
De pecudum satiata solo applicat et pede calcat
Elisos in mortem oculos animamque malignam
Fracta intercepti commercia gutturis artant.
Difficilemque obitum suspiria longa fatigant. Fides pro uicto
Exultat uictrix legio quam mille coacta uirtutes
Martiribus regina fides animarat in hoste. coronat.
Tunc fortes socios parta pro laude coronat
Floribus ardentique iubet uestirier ostro. Pudicitia
Exim gramineo in campo concurrere prompta contra libidinem
Virgo pudicitia speciosis fulget in armis. armis pugnat.
Quam patrias succincta faces sodomita libido
Adgreditur piceamque ardenti sulphure pinum
Ingerit in faciem, pudibunda lumina flammis
Appetit et tetro temptat subfundere fumo.

Sed dextrā furiæ flagrantis & ignea diræ — Fides libidinē
Tela lupæ saxo ferit inpterita uirgo. — cū saxo percutit
Excussasq; sacro tędas depellit abore.
Tunc exarmatæ iugulū meretricis adacto — Pudicitia
Transfigit gladio. calidos uomit illa uapores — libidinē gla
Sanguine concretos cœnoso. spš inde — dio transfigit.
Sordidus exhalans uicinas polluit auras.
Hoc habet. exclamat uictrix regina. supmi — Pudicitia
hic tibi finis erit. semp pstrata iacebis. — libidinē ex
Nec iam mortiferas audebis spargere flāmas — tinctā in
In famulos famulasq; dī. quib: intima casti — crepat.
Uena animi sola feruet delampade xpi.
Tene o uexatrix hominū potuisse resumptis
Uirib: extincti capitis recalescere flatu.
Assirium postquā thalamū ceruix olofernis
Cæsa cupidineo madefactū sanguine lauit.
Gemmatūq; thorū mœchi ducis aspa iudith
Spreuit & incestos compescuit ense furores.
Famosū mulier referens exhoste tropheū.
Non trepidante manu uindex mea celitus audax
At fortasse parū fortis matrona subumbra
Legis adhuc pugnans. dū tempora nr̄a figurat.
Uera quib: uirtus terrena incorpora fluxit.
Grande pinfirmos caput excisura ministros.
Numquid & intacta post partū uirginis ullū
Fas tibi iam supest post partū uirginis. exquo
Corporis humani naturam pristina origo
Deseruit. carnemq; nouam uis ardua seuit.
Atq; innupta dm̄ concepit femina xpm̄.
Mortalem dematre hominē. sed cū patre numē.
Inde omīs iā diua caro est que concipit illū.

Naturamque dei consorti foedere sumit.
Verbum quippe caro factum non destitit esse
Quod fuerat verbum, dum carnis glutinat usum,
Maiestate quidem non degenerante per usum
Carnis, sed miseros ad nobiliora trahente.
Ille manet quod semper erat, quod non erat esse
Incipiens; nos quod fuimus iam non sumus, aucti
Nascendo in melius; mihi contulit et sibi mansit.
Nec deus ex nostris minuit sua, sed sua nostris
Dum tribuit, nosmet dona ad caelestia vexit.
Dona haec sunt, quod victa iaces, lutulenta libido,
Nec mea post Mariam potis es perfringere iura.
Tu princeps ad mortis iter, tu ianua leti,
Corpora commaculans animas in tartara mergis.
Abde caput tristi iam frigida pestis abysso,
Occide prostibulum, manes pete, claudere averno,
Inque tenebrosum noctis detrudere fundum.
Te voluant subter vada flammea, te vada nigra
Sulphureusque rotet per stagna sonantia vortex.
Nec iam christicolas, furiarum maxima, temptes,
Ut purgata suo serventur corpora regi.
Dixerat haec, et laeta libidinis interfectae. Pudicitia
Morte pudicitia gladium iordanis in undis — gladium suum lavat
Abluit infectum, sanies cui rore rubenti — in iordane fluvio.
Haeserat, et nitidum macularat vulnere ferrum.
Expiat ergo aciem fluviali docta lavacro
Victricem victrix abolens baptismate labem
Hostilis iuguli, nec iam contenta piatum
Condere vaginae gladium, ne tecta rubigo — Pudicitia
Occupet ablutum scabrosa sorde nitorem, — gladium suum sub altare
Catholico in templo divini fontis ad aram — in templo recondit.

Cambridge University Library
Licensed under Creative Commons Attribution-NonCommercial 4.0 Unported License (CC BY-NC 4.0)

Consecrat, aeterna splendens sub luce coruscet.

Patientia inter medias acies uitiorum pugnatura stat.

Ecce modesta graui stabat patientia uultu
per medias inmota acies, uariosque tumultus
uulneraque et rigidis uitalia peruia pilis
spectabat defixa oculos et lenta manebat. Ira patientiam

Hanc procul ira tumens spumanti feruida rictu, tela conto
sanguinea intorquens subfuso lumina felle, percutit
ut belli exortem teloque et uoce lacessit,
inpatiensque more conto petit, increpat ore, ad appellandum
hirsutas quatiens galeato in uertice cristas. Ira patientiam

En tibi martis ait spectatrix libera nostri, tela increpat
excipe mortiferum securo pectore ferrum,
nec doleas quia turpe tibi gemuisse dolorem. Ira lanceam

Sic ait et stridens sequitur conuitia pinus, suam iacit contra
per teneros crispata nothos et certa sub ipsum patientiam
defertur stomachum, rectoque inliditur ictu,
sed resilit duro loricae excussa repulsu. Arma fracta

Prouida nam uirtus conserto adamante trilicem que miserat ira
induerat thoraca humeris, squamosaque ferri contra patientiam
texta per intortos commiserat undique neruos.
Inde quieta manet patientia fortis ad omnes
telorum nimbos et non penetrabile durans.

Nec mota est iaculo monstri sine more furentis,
opperiens propriis periturum uiribus iram.
Scilicet indomitos postquam stomachando lacertos
barbara bellatrix inpenderat et iaculorum
nube superuacuum lassauerat inrita dextram,
cum uentosa leui cecidissent tela uolatu,
iactibus et uacuis hastilia fracta iacerent, Ira patientia
uertitur ad capulum manus inproba, et ense corusco gladio percutit

Capulus est illud quod de gladio in manu tenetur et dictum est a capiendo...

Contor. contteri. confusi sū. Conor. conaris. conat sum.

Conisa in plagam dextra sublimis ab aure
Erigitur, mediumque ferit librata cerebrum.
Aerea sed cocto cassis formata metallo
Tinnitum percussa refert, aciemque retundit
Dura resultantem, frangit quoque uena rebellis
Inlisum chalibem, dum cedere nescia cassos
Excipit adsultus, ferienti et tuta resistit. Gladius
Ira ubi truncati mucronis fragmina uidit ire frangit
Et procul in partes ensem crepuisse minutas, in capite pati
Iam capulum retinente manu sine pondere ferri, entiae.
Mentis inops ebur infelix decorisque pudendi
Perfida signa abicit, monumentaque tristia longe
Spernit, et ad proprium succendit pectora letum. Ira se gladio
Missile de multis quae frustra sparserat unum inficit.
Pulvere de campi peruersos sumit in usus,
Rasile figit humi lignum, ac se cuspide uersa
Perfodit, et calidum pulmone uulnere transit. Patientia uic
Quam super assistens Patientia, Vicimus inquit, trix ira mortua
Exultans uitium solita uirtute, sine ullo increpat.
Sanguinis ac uitae discrimine, lex habet istud
Nostra genus belli, furias omneque malorum
Militiam et rabidas tolerando extinguere uires.
Ipsa sibi est hostis uesania, seque furendo
Interimit, moriturque suis ira ignea telis. Patientia cum iob
Haec effata secat medias inpune cohortes mediās acies
Egregio comitata uiro, nam proximus iob transit.
Haeserat inuictae dura inter bella magistrae,
Fronte seuerus adhuc et multo funere anhelus,
Sed iam clausa truci subridens ulcera uultu,
Perque cicatricum numerum sudata recensens
Milia pugnarum, sua praemia, dedecus hostis.

Illu(m) diua iubet tande(m) requiescere ab omni — Patientia cu(m)
Armoru(m) strepitu, captis & p(er)dita queq(ue) — iob loquit(ur)
Multiplicare opibus, nec ia(m) p(er)itura referre. — Patientia de
Ipsa globos legionu(m) & concurrentia rupit — uictis uitiis ad
Agmina, uulniferos gradiens intacta p(er) imbres.
Omnib(us) una comes uirtutib(us) associatur
Auxiliuq(ue) suu(m) fortis patientia miscet.
Nulla anceps luctam(en) init uirtute sine ista
Uirtus, & uidua e(st) quam n(on) patientia firmat. — Superbia int(er) ...
Forte p(er) effusas i(n)flata superbia t(ur)mas — effreni uolit&
Effreni uolitabat equo, que(m) pelle leonis — equo.
Texerat. & ualidos uillis onerauerat armos.
Quo se fulta iubis iactantius illa ferinis
Inferret. tumido despectans agmina fastu.
Turritu(m) tortis caput accumularat i(n) altu(m)
Crinib(us). extructos augeret ut addita cirros
Congeries. celsu(m)q(ue) apice(m) frons ardua ferret.
Carbasea ex humeris summo collecta coibat
Palla sinu. tereté nectens a pectore nodu(m).
A ceruice fluens tenui uelamine limbus
Concipit i(n)festas textis t(ur)gentib(us) auras. — Superbia equi
Nec minus i(n)stabili sonipes feritate supbit.
Inpatiens madidis frenarier ora lupatis.
Huc illuc frendens obuertit t(er)ga negata
Libertate fuge. p(re)ssisq(ue) tumescit ab(enis). — Superbia inequit...
Hoc sese ostentans habitu uentosa uirago. — minat(ur) turbis
Int(er) utraq(ue) acie(m) supeminet & faleratu(m) — humilitas & spes
Circu(m)flectit equu(m) uultuq(ue) & uoce minat(ur). — intrepide stant
Aduersu(m) spectans cuneu(m) que(m) milite raro
Et paupertinis ad bella coegerat armis.
Mens humilis regina quidem. sed egens alieni

armis
Auxilii proprio nec sat confisa paratu
sociam ... genita ... spei
Spem sibi collegam coniunxerat, edita cuius
humilitas ab humo dicitur ... in celo
Et suspensa ab humo est opulentia diuite regno.
Ergo humilem postquam male sana superbia mentem
paratam .s. ad bellum ... decore et pompa
Viribus instructam nullo ostentamine telis
relaxat ... s. dicens
Aspicit, in uocem dictis se effundit amaris.
s. uos ... s. nos
Non pudet o miseri plebeio milite claros
Adtemptare duces, ferroque lacessere gentem
significatis ... s. genti nostra
Insignem titulis? ueteres cui bellica uirtus
Diuitias peperit, laetos et gramine colles
humilitas
Imperio calcare dedit, nunc aduena nudus
Nititur antiquos si fas est pellere reges.
uides ... s. est ... locum ... dare sibi
En qui nostra suis in praedam cedere dextris
s. nostra ... s. est ... arare ... hereditates
Sceptra uolunt, en qui nostras sulcare nouales
peregrino
Arua que capta manu popularier hospite aratro
student ... bello ... nos
Contendunt duros et pellere marte colonos.
risu dignum ... quia hic nati sumus
Nempe o ridiculum uulgus, natalibus oris
integra nobilitate item ... nos habemus matres ... 2
Totum hominem et calidos a matre amplectimur artus
ab ipsa natiuitate dominari incipimus
Vimque potestatum per membra recentis alumpni
2
Spargimus et rudibus dominamur in ossibus omnes.
Quis locus in patria tunc uobis sede dabatur
simul gentilis nobis
Congenitis cum regna simul dicionibus aequo
s. nobis
Robore crescebant, nati nam luce sub una
nos familia ... nos ... creuimus
Et domus et domini paribus adoleuimus annis.
adam
Ex quo plasma nouum de consepto paradisi
fine ... exiens
Limite progrediens amplum transfugit in orbem
uestes pelliceas .i. mortalitatem
Pellitosque habitus sumpsit uenerabilis adam
s. erat. s. adam .i. nisi ... erat .i. nisi superbe uiuens hec omnia ita
Nudus adhuc ni nostra foret praecepta secutus, supsisset.
.i. est ... s. q
Quisnam iste ignotis hostis nunc surgit ab oris
s. ineptus ... sine arte ... ignobilis
Inportunus, iners, infelix, degener, amens
tardam potestatem .i. usurpat ... s. qui fuit
Qui sibi tam serum ius uendicat hactenus exul?

Cambridge University Library
Licensed under Creative Commons Attribution-NonCommercial 4.0 Unported License (CC BY-NC 4.0)

Nimirū uacuę credentur friuola famę.
Quę miseros optare iubet quandoq: futuri
Spem fortasse boni. lenta ut solacia molle
Desidiam pigro rerū meditamine palpent.
Quidni illos spes palpet iners. quos puluere in isto
Tirones bellona truci n̄ excitat aere
Inbellesq: animos uirtus tepefacta resoluit.
Ante pudicitię gelidū iecur utile bello ē.
An teneru pietatis opus sudatur in armis.
Quam pudet o mauors & uirtus conscia talem
Contra stare aciē ferroq: lacessere nugas
Et cum uirgineis dextram conferre choreis.
Iustitia est ubi semp egens. & paup honestas.
Arida sobrietas. albo ieiunia uultu.
Sanguine uix tenui pudor interfusus. aperta
Simplicitas & ad omne patens sine tegmine uulnus.
Et prostrata humū nec libera iudice sese
Mens humilis. quā degenere trepidatio pdit.
Faxo ego sub pedib: stipularū more teratur
Inualida ista manus. neq: enī pfringere duris
Dignamur gladiis. algenti & sanguine ferrū
Inbuere. fragiliq: uiros foedare triūpho. Sup̄bia sedens

Talia uociferans rapidū calcarib: urguet meq̄ inruere
Cornipedē. laxisq: uolat temeraria frenis. uult sup
Hostem humilē cupiens inpulsu ūbruere equino. humilitatē & spē.
Sternere. deiectaq: sup calcare ruinis.

Sed cadit i foueā praeceps quā callida forte Sup̄bia cadit
Fraus interciso subfoderat aequore furtim. in foueā & equus
Fraus detestandis uitiorū e pestibus una et sup eam.
Fallendi uersuta opifex. quę prescia belli
Planitiem scrobibus uiolauerat i sidiosis.

uelocit' uenientes
Hostili de parte latens· ut fossa ruentes
s· uirtutū
Exciperet cuneos· atq: agmina mersa uoraret·,
Ac ne fallacē puteū dep̄hendere posset
s· oculorū operuerat
Cauta acies· uirgis adop̄tas texerat oras·
s· ēē planū
Et sup̄ inposito simularat cespite campū·,
At regina humilis quamuis ignara manebat
s· locū
Ulteriore loco· nec adhuc ad fraudis op̄tū
Uenerat· aut fouee calcarat furta maligne·,
sup̄bia s· fors
Hunc eques illa dolū dū fert̄ prepete cursu
Incidit· & cecū subito patefecit hiatū·,
Prona ruentis equi ceruice inuoluit̄· ac sub
s· equini equi inuoluit
Pectoris ipsu fracta īt crura rotat̄·, humilitas derid&
humilitas postquā
At uirt placidi moderaminis ut leuitatē sup̄biā de equo
Aperspicit obtritā monstri sub morte iacentis· cadentē ac
modeste aspectū ñimmū
Intendit gressū mediocrit̄· os quoq: parce iacentē·
ornato placido honesto
Erigit· & comi moderat̄ gaudia uultu·, Sup̄bia cū equo iac&·
s· humilitati s· ei
Cunctanti spes fida comes succurrit & offert humilitati spes
s· illi
Ultorē gladiū· laudisq: īspirat amorē·, offert gladiū·
humilitas arreptis
Illa cruentatā correptis crinib: hostē humilitas amputat capud
s· ei subleuante euertit
Protrahit· & faciē leua reuocante supinat·, sup̄bie cadentis de eq̄.
sup̄bię dep̄cant
Tunc caput orantis flexa ceruice resectū humilitas caput sup̄bie
aufert cruentata s· ei
Eripit· ac madido suspendit colla capillo·, offert spei·
mortuū
Extinctū uitiū scō spes īcrepat ore· Extinctā sup̄biā spes
grandit' minari
Desine grande loq frangit ds̄ omne sup̄bū·, increpat·
Magna cadunt· īflata crepant· tumefacta p̄munt̄·,
o sup̄bia
Disce sup̄ciliū deponere· disce cauere
s· ēternæ dānationis
Ante pedes fouea quisquis sublime minaris·,
firma ē s· dicentis
Peruulgata uiget nr̄i sententia xp̄i·,
Scandere celsa humiles· & ad ima redire feroces·,
Uidimus horrendū membris animisq: goliam
s· dauid s· goliā
Inualida cecidisse manu· puerilis in illum

qa funda de fune fit · girauit
Dextera funali tortu stridore lapillũ., funda ab effusi one lapidum dicitur.
transmissa
Traiectamq: cauo penetrauit uulnere frontē.,
golias · seuerus · s. se · ferox
Ille minax. rigidus. iactans. truculentus. amarus.
p indomite · formidabilē
Dũ tumet idomitum. dũ formidabile feruet.
iactat · s. cũ · aerē
Dũ sese ostentat. clipeo dũ territat auras.
pbans · .i. ludi pueriles
Expertus pueri quid possent ludicra parui.
cecidit a puero interfect pp puleritiam · seuus
Succubuit teneris bellator turbidus annis.,
spē · spes loquitur · dauid · adolescentia
Me tunc ille puer uirtutis pube secutus.
Florentes animos sursum in mea regna tetendit.
2 .i. ubi
Seruat quia certa mihi domus omnipotentis
pote statē · celestia
Sub pedib: dñi., meq: ad sublime uocantem humilitas
sci t uirtutes .i. pfectis utilis · capiunt .s. spē
Victores cæsa culparũ labe capessunt., Ascendit in celũ
s. hec
Dixit & auratis pstringens aera pennis uirtutes mirant
spes · 2 s. icelũ
In celũ se uirgo rapit, mirant euntē eã.
s. aliæ
Virtutes. tolluntq: animos in uota uolentes
uirtutes
Ire simul. ni bella duces terrena retardent.,
pugnant
Confligunt uitiis seq: ad sua pmia seruant., Luxuria in cena
Venerat occiduis mundi de finib: hostis splendide sed & de sub
qa bona famam amiserat
Luxuria extinctæ iam dudũ pdiga famæ lime.
ungota · fracta
Delibuta comas. oculis uaga. languida uoce.
nullã hñs utilitatē
Perdita deliciis., uitæ cui causa uoluptas
eneruatũ
Elumbem mollire animũ. petulant amoenas
sumere pcipe. uoluptates · mobiles · s. uenerat
Haurire illecebras & fractos soluere sensus., Luxuria audit as
ipsa · resoluta
At tunc puigilē ructabat marcida cenā tubis ad bellũ currit.
ante lucē · discũbens · sonoros
Sub lucem. quia forte iacens ad fercula raucos
tubas · ebria
Audierat lituos. atq: inde tepentia linquens
titubanti ppt
Pocula lapsanti puina & balsama gressu Luxoriã mirant
Ebria calcatis ad bellũ florib: ibat., uiri in curru sedentē atq:
s. ibat · eleuata
Non tamẽ illa pedes sed curru inuecta uenusto cũ impetu eqs
uulnerata · decipiebat
Saucia mirantũ capiebat corda uirorũ., mirant ē.
Luxuria sedens in curru diuersis blandimtis uirtutes decipit.

Cambridge University Library
Licensed under Creative Commons Attribution-NonCommercial 4.0 Unported License (CC BY-NC 4.0)

Noua pugnandi species. non ales harundo
Neruo pulsa fugit nec stridula lancea torto
Emicat amento. frameam nec dextra minatur.
Sed uiolas lasciua iacit foliisque rosarum
Dimicat et calathos inimica per agmina fundit.
Inde eblanditis uirtutibus halitus inlex
Inspirat tenerum labefacta per ossa uenenum.
Et male dulcis odor domat ora et pectora et arma.
Ferratosque toros obliso robore mulcet. *Viri deiecti*
Deiciunt animos ceu uicti et spicula ponunt *Armis secuntur*
Turpiter heu dextris languentibus obstupefacti *luxuria laxo*
Dum currum uaria gemmarum luce micantem *ria curru*
Mirantur dum brateolis crepitantia lora *graditur*
Et solido ex auro pretiosi ponderis axem
Defixis inhiant obtutibus et radiorum
Argento albentem seriem quam summa rotarum *Cuncta acies*
Flexura electri pallentis continet orbe. *uersis signis ad*
Etiam cuncta acies in deditionis amorem *deditione transit.*
Sponte sua uersis transibat perfida signis
Luxuriae seruire uolens. dominaeque fluentis
Iura pati et laxa ganearum lege teneri. *Sobrietas increpat*
Ingemuit tam triste nefas fortissima uirtus *acies dicens ne se*
Sobrietas dextro socios decedere cornu *quunt luxoria*
Inuictamque manum quondam sine cede perire.
Vexillum sublime crucis quod in agmine primo
Dux bona praetulerat defixa cuspide sistit
Instauratque leuem dictis mordacibus alam
Instimulans animos nunc probris nunc prece mixta.
Quis furor insanas agitat caligine mentes. *Sobrietas dicit*
Quo ruitis cui colla datis quae uincula tandem
Pro pudor armigeris amor est perferre lacertis.

Lilia luteolis interlucentia sertis
Et ferrugineo uernantes flore coronas.
His placet assuetas bello iam tradere palmas,
Nexibus his rigidas nodis innectier ulnas,
Ut mitra caesariem cohibens aurata uirilem
Conbibat infusum croceo religamine nardum,
Post inscripta oleo frontis signacula, per quae
Unguentum regale datum est et chrisma perenne,
Ut tener incessus uestigia syrmate uerrat
Sericaque infractis fluitent ut pallia membris,
Post inmortalem tunicam, quam pollice docto
Texuit alma fides, dans inpenetrabile tegmen
Pectoribus lotis, dederat quibus ipsa renasci.
Inde ad nocturnas epulas, ubi cantharus ingens
Despuit effusi spumantia damna falerni
In mensam, calathis stillantibus, uda ubi multo
Fulcra mero ueterique toreumata rore rigantur.
Excidit ergo animis heremi sitis, excidit ille
Fons patribus de rupe datus, quem mistica uirga
Elicuit scissi salientem uertice saxi?
Angelicusne cibus primo in tentoria uestris
Fluxit auis, quem nunc sero felicior aeuo
Uespertinus edit populus de corpore Christi?
His uos imbutos dapibus iam crapula turpis
Luxuriae ad madidum rapit inportuna lupanar,
Quosque uiros non ira fremens, non idola bello
Cedere conpulerant, saltatrix ebria flexit?
State, precor, uestri memores, memores quoque Christi.
Quae sit uestra tribus, quae gloria, quis deus et rex,
Quis dominus, meminisse decet. Uos nobile iudae
Germen ad usque dei genetricem, qua deus ipse

Esset homo procerū uenistis sanguine longo.,
Excitet egregias mentes celeberrima dauid
Gloria continuis bellorū exercita curis.,
Excitet & samuhel spolium qui diuite abhoste
Adtrectare uetat. nec uictū uiuere regem
Incircūcisū patitur. ne preda supstes
Uictorem placidū recidiua in plia poscat.,
Parcere iā capto crimen putat ille tirāno.,
At uobis contra uinci & succumbere uotum est.,
Peniteat per siqua mori & reuerentia summi
Numinis. hoc tā dulce malū uoluisse nefanda
Proditione sequi. si penitet haud nocet error.,
Poenituit ionathan ieiunia sobria dulci
Conuiolasse fauo. sceptri mellisq; sapore
Heu male gustato. regni dum blanda uoluptas
Oblectat iuuenē iurataq; sacra resoluit.,
Sed quia poenituit. nec sors lacrimabilis illa est.,
Nec tingit patrias sententia seua secures.,
En ego sobrietas si conspirare paratis
Pando uiā cunctis uirtutib: ut malesuada
Luxuries multo stipata satellite poenas
Cū legione sua xp̄o subiudice pendat.,
Sic effata crucē dñi feruentib: offert
Obuia quadrigis lignū uenerabile inipsos
Intentans frenos. qđ ut expauere feroces
Cornib: oppansis & sūma fronte coruscū
Uertunt precipitē ceca formidine fusi
Per prerupta fugā. fertur resupina reductis
Nequiquā loris auriga comamq: madentem
Puluere foedatur. tunc & uertigo rotarū
Implicat excussam dñam. nam pna subaxem

Sobrietas crucē dñi offert contra luxuria sedente in curru.

Cambridge University Library
Licensed under Creative Commons Attribution-NonCommercial 4.0 Unported License (CC BY-NC 4.0)

luxuria Sufflam ē lignū quod ratū q' opponit rote curr' qndo stat ne curret sed stet

Labitur, et lacero tardat sufflamine currū. Sobrietas crucē

Addit sobrietas uulnus letale iacenti, in manu tenens lapidē

Coniciens silicē rupis de parte molare. iacit & percutit

Hunc uexilli fere quoniā fors obtulit ictū luxoriē. Illa u ca

Spicula nulla manu sed belli insigne gerenti. dens pna sub

Casus agit saxū medii spiramen ut oris currū & moriť.

Frangeret, et recauo misceret labra palato.

Dentibus introrsū resolutis, lingua resecta

Dilaniata gulā frustis cum sanguinis implet.

Insolitis dapibus crudescit guttur et ossa

Colliquefacta uorans reuomit quas hauserat offas. Sobrietas cōedeat

Ebibe iā propriū post pocula multa cruorē, increpat luxuria

Uirgo ait increpitans, sint haec tibi fercula tandē extincta

Tristia preteriti nimiis pro luxibus aeui,

Lasciuas uitę illecebras gustatus amare

Mortis et horrificos sapor ultimus asper haustus. locus cimbala

Cęde ducis dispersa fugit trepidante pauore piciens fugit

Nugatrix acies, iocus et petulantia primi

Cimbala piciunt, bellū nā talibus armis

Ludebant resono meditantes uulnera sistro. Amor q & cupido

Dat tergū fugitiuus amor, lita tela ueneno faretra arcu & sagi

Et lapsum ex humeris arcū faretrāque cadentē tā dimisit & fugit

Pallidus ipse metu sua post uestigia linquit. Pompa ornamenta sua

Popa ostentatrix uani splendoris inani piciens fugit.

Exuitur nudata peplo, discissa trahuntur

Serta uenustatis, colliq: ac uerticis aurū

Soluitur, et gemmas discordia dissona turbat. Uoluptas laceratis

Non piget attritis pedibus per acuta fruteta pedib: pspinas fugit.

Ire uoluptatē quoniam uis maior acerbam

Compellit tollerare fugā, formido pericli

Predurat teneras iter ad cruciabile plantas.

Quae se cumque fugax trepidis fert cursibus agmen
Damna iacent. crinalis acus. redimicula uittae.
Fibula. flammeolum. strophium. diadema. monile.
His se Sobrietas et totus Sobrietatis
Abstinet exuuius miles. damnataque castis
Scandala proculcat pedibus. nec fronte seueros
Coniuente oculos praedarum ad gaudia flectit.
Fertur Auaritia gremio praecincta capaci
Quicquid luxus edax pretiosi liquerat unca
Corripuisse manu pulchra in ludibria uasto
Ore inhians. aurique legens fragmenta caduci
Inter harenarum cumulos. nec sufficit amplos
Impleuisse sinus. iuuat infercire crumenis
Turpe lucrum et grauidos furtis distendere fiscos.
Quos leua celante tegit laterisque sinistri
Velat opermento. uelox nam dextra rapinas
Abradit spoliisque ungues exercet aenos.
Cura. Fames. Metus. Anxietas. Periuria. Pallor.
Corruptela. Dolus. Commenta. Insomnia. Sordes.
Eumenides uariae monstri comitatus agunt.
Nec minus interea rabidorum more luporum
Crimina persultant toto grassantia campo
Matris Auaritiae nigro de lacte creata.
Si fratris galeam fuluis radiare ceraunis
Germanus uidit commilito. non timet ensem
Exerere atque caput socium mucrone ferire.
De consanguineo rapturus uertice gemmas.
Filius extincti belli sub sorte cadauer
Aspexit si forte patris. fulgentia bullis
Cingula et exuuias gaudet rapuisse cruentas.
Cognatam ciuilis agit discordia praedam.
Nec parcit propriis amor insatiatus habendi

filius
pignoribus, spoliatque suos famis impia natos. — Avari- 157
parebat
Talia per populos edebat funera victrix — tia multos sternit.
Orbis avaritia sternens centena virorum — Alios cecos errare
i. de debitis quod ignorant peccant
Milia vulneribus variis, hunc lumine adempto — sinit
Effossisque oculis velut in caligine noctis
offensiones delicta
Caecum errare sinit perque offensacula multa
memoria dei
Ire nec oppositum baculo temptare periclum. — Avaritia dum
visu
Porro alium capit intuitu fallitque videntem — aliquid boni ostendit
pulchrum
Insigne ostentans aliquid quod dum petit ille — iaculo percutit
ignarus
Excipit telo incautus, cordisque sub ipso — multos.
suspirando gemit · in missum
Saucius occulto ferrum suspirat ad actum. — Avaritia multos
Multos praecipitans in aperta incendia cogit. — praecipitat in ignem
Nec patitur vitare focos quibus aestuat aurum
s. cum illo auro
Quod petit arsurus pariter speculator avarus.
Omne hominum rapit illa genus, mortalia cuncta
avaritia
Occupat interitu, neque est violentius ullum
seculum
Terrarum vitium quod tantis cladibus aevum
tradat
Mundani involvat populi, dampnetque gehennae.
de sacerdotibus
Quin ipsos temptare manu si credere dignum est
s. est
Ausa sacerdotes domini qui proelia forte
Ductores primam ante aciem pro laude gerebant
tubae
Virtutum, magnoque implebant classica flatu.
fortasse
Et fors innocuo tinxisset sanguine ferrum,
i. scientia scripturarum · levitici populi
Ni ratio armipotens gentis levitidis una
obposuisset
Semper fida comes clipeum obiectasset et atrae
avaritiae · impetu · sacerdotes
Hostis ab incursu claros texisset alumnos.
ipsi
Stant tuti rationis ope, stant turbine ab omni
i. superficietenus
Inmunes fortesque animis, vix in cute summa
saucians
Praestringens paucos tenui de vulnere laedit
avaritia · s. d
Cuspis avaritiae. Stupuit lues improba castis
virorum fortium · gladius · retici
Heroum iugulis longe sua tela repelli.

Cambridge University Library
Licensed under Creative Commons Attribution-NonCommercial 4.0 Unported License (CC BY-NC 4.0)

Ingemit & dictis ardens furialib: infit. Auaritia loq̄t.

Vincim̄ heu segnes. nec nr̄a potentia pfert

Vim solitā. languet uiolentia seua nocendi.

Sueuerat inuictis que uiribus omnia ubiq;

Rumpere corda hominū. nec enī tā ferrea quemquā

Formauit natura uirū. cuius rigor aera

Sperneret aut nr̄o foret inpenetrabilis auro.

Ingenium omne neci dedimus. tenera. aspera. dura.

Docta. indocta. simul bruta. & sapientia. necnon

Casta. incesta. meae patuerunt pectora dextrae.

Sola igit rapui quicquid stix abdit auaris

Gurgitibus. nobis ditissima tartara debent

Quos retinent populos. qđ uoluunt secula nr̄m ē.

Quod miscet mundus uesana negotia nr̄m.

Qui fit p̄ualidas quod pollens gloria uires

Deserit & cassos ludit fortuna lacertos.

Sordet xp̄icolis rutilantis fulua monetae

Effigies. sordent argenti emblemata & omis

Thesaurus nigrante oculis uilescit honore.

Quid sibi docta uolunt fastidia. nonne triumphū

Egimus ex scarioth. magnus qui discipulorū

Et conuiua dei dū fallit foedera mensę

Haud quaquā ignarū dextramq: parapside iungit.

Incidit in ferrū flammante cupidine telū.

Infamem mercatus agrū de sanguine amici

Numinis. obliso luiturus iugera collo.

Viderat & hiericho propria inter funera quantū

Possent nr̄a manus. cum uictor concidit achar

Caedibus insignis murali & strage supbus.

Succubuit capto uictus ex hostib: auro.

Dū uetitū insigne legens anathema fauillis

Mesta ruinarũ spolia insatiabilis haurit.
Nullũ generosa tribus. non plebis auitę
Iuuit. iuda parens xp̄o quandoq; propinquo
Nobilis & tali felix patriarcha nepote.
Quis placet exemplũ generis. placeat qq; forma
Exitii. sit poena eadẽ quibus & genus unum.
Quid moror. aut iude populares. aut populares
Sacricolę summi. summus nam fertur aaron
Fallere fraude aliqua martis congressib; impar.
Nil refert armis contingat palma dolisue. Auaritia transformat in habitũ honestũ
Dixerat. & toruã faciẽ furialiaq; arma
Exuit. inq; habitũ sese transformat honestũ.
Fit uirtus specie uultuq; & ueste seuera.
Quã memorant frugi. parce cui uiuere cordi est
Et seruare suũ. tamquã nil raptet auare
Artis adũbratę meruit ceu sedula laudẽ. Auaritia fallit.
Huius se specie mendax bellona coaptat
Non ut auara lues sed uirtus parca putetur.
Nec non & tenero pietatis tegmine crines
Obtegit anguinos. ut candida palla latentem
Dissimulet rabiem. diroq; obtenta furori
Quod rapere & clepere est. auideq; abscondere parta
Natorũ curam dulci sub nomine iactet. Auaritia quos fallit.
Talib; illudens male credula corda uirorũ ligat.
Fallit imaginib; monstrũ ferale secunt
Dũ credunt uirtutis opus. capit impia et ...
Consensu faciles manicisq; tenacib; artat. Virtutes dubitant
Attonitis ducib; perbatiq; manipli. Auaritia plene
Nutabat uirtutũ acies errore biformis cognoscentes.
Portenti. ignorans quid amicũ credat in illo
Quidue hostile notet. letũ uersatile & anceps

Lubricat incertos dubia sub imagine uisus, Largitas pug
Cu subito i mediu frendens spatio campi nat contra auar
Prosilit auxilio sociis, pugnamq; capessit tiā & spolia eius
Militiae postrema gradu sed sola duello paupib; erogat
In postrema manu ne quid iā triste supsit
Omne onus ex humeris reiecerat, omib; ibat
Nudata induuiis multo & se fasce leuarat
Olim diuitiis grauib; q; oppssa talentis
Libera nunc miserando inopū quos larga benigne
Fouerat effundens patriū bene pdiga censū,
Iam loculos ditata fide spectabat inanes
Aeternā numerans redituro fenore summā, Auaritia stupe
Horruit inuictae uirtutis fulmen & impos facta est.
Mentis auaritia stupefactis sensib; hesit
Certa mori, nā que fraudis uia restet ut ipsa
Calcatrix mundi mundanis uicta fatiscat
Inlecebris spretoq; iterū sese implicet auro, Largitas
Inuadit trepidā uirtus fortissima duris auaritiā ligat
Ulnarū nodis, obliso & gutture frangit
Exsanguē siccāq; gulā, cōpssa ligantur
Uincla lacertorū sub mentū, & faucibus artis
Extorquent animā, nullo que uulnere rapta
Palpitat atq; aditu spiraminis intercepto
Inclusā patit uenarū carcere mortē, Largitas auaritiā
Illa reluctanti genib;q; & calcib; instans genib; & calcib; pfo[dit]
Perfodit & costas atq; ilia rupta anhela, Largitas spolia
Mox spolia extincto de corpore diripit auri auaritie paupib;
Sordida frusta rudis nec adhuc fornace recocta dat
Materiā tineis & iā marsupia crebris
Exesa & uirides obducta erugine nummos,
Dispgit seruata diu uictrix & egenis

Cambridge University Library
Licensed under Creative Commons Attribution-NonCommercial 4.0 Unported License (CC BY-NC 4.0)

Dissipat. ac tenues captiuo munere donat. Largitas cum

Tunc circumfusa uultu exultante corona gaudio tibias

Respiciens alacris media inter milia clamat. Alloquitur

Soluite procinctum iusti et discedite ab armis.

Causa mali tanti iacet interfecta lucrandi.

Ingluuie pereunte licet requiescere sanctis.

Summa quies nil uelle super quam postulat usus

Debitus. ut simplex alimonia uestis et una

Infirmos tegat ac recreet mediocriter artus.

Expletumque modum naturae non trahat extra.

Ingressurus iter peram ne tollito. neue

De tunicae alterius gestamine prouidus ito.

Nec te sollicitet res crastina. nec cibus aluo

Defuerit. redeunt escae cum sole diurnae.

Nonne uides ut nulla auium cras cogitet ac se

Pascendam praestante deo non anxia credat.

Confidunt uolucres uictum non defore uiles.

Passeribusque subest modico uenalibus asse

Indubitata fides dominum curasse potentem

Ne pereant. tu cura dei facies quoque Christi

Addubitas ne te tuus umquam deserat auctor.

Ne trepidate homines uitae dator et dator escae est.

Quaerite luciferum caelesti dogmate pastum.

Qui spem multiplicans alat incorruptibilis aeui

Corporis inmemores. memor est qui condidit illud

Subpeditare cibos atque indiga membra fouere. Pax uenit

His dictis curae emotae. metus et labor et uis & fugiunt metus

Et scelus et placidae fidei fraus infitiatrix & labor & uis

Depulsae uertere solum. pax inde fugatis

Hostibus alma abigit bellum. discingitur omnis

Terror et auulsis exfibulat ilia zonis.

dimittunt uestes suas deorsum usque ad pedes
Uestis adusque pedes descendens defluit imos.
Temperat et rapidum priuata modestia gressum. Iube silent gladii

cornu canentium. cornua aerea / aera — nulli infestus
Cornicinum curua silent. placabilis implet recondunt in uaginas.
residente
Uaginam gladius. sed strato et puluere campi
serena
Suda redit facies liquidae sine nube diei. Virtutum legio gaudet
uideres si adesses
Purpurea uideas caeli clarescere lucem uicto certamine plau
s. uirtutum — i. dei
Agmina casta super uultum sensere tonantis. dent manibus sursum
gaudebant — uidebant xpm
Arridere hilares uicto certamine turmae uidentes dextram dei.
s. sensere — uirtutibus
Et xpm gaudere suis uictoribus arcem
patrum — s. et sensere. i. secretum celorum
Aetheris ac patrium famulis aperire profundum. Concordia iubet re
uexillum — uirtus
Dat signum felix concordia reddere castris ducere uexilla in castris.
signa militaria. i. uexilla — papiliones
Uictrices aquilas atque in tentoria cogi. Turba psallentium
claritas
Numquam tanta fuit species nec par decus ulli equitum ac pedestrium.
in duas partes diuisa t. fissa
Militiae. cum dispositis bifida agmina longe
Duceret ordinibus. peditum psallente caterua.
s. agmina
Ast alia de parte equitum resonantibus hymnis.
inserens — apta
Mon aliter cecinit respectans uictor hiantem
Israhel rabiem ponti post terga minacis
in cedens
Cum iam progrediens calcaret litora sicco
sonans — per extrema. i. fines riparum
Ulteriora pede. stridensque per extima calcis
inter aquae — mortuos
Mons rueret pendentis aquae. nigrosque relapso
nilum colentes. i. egiptios — s. cum — s. in
Gurgite nilicolas fundo deprenderet imo.
Acrefluente sinu iam redderet unda natatum
s. antea — unda — s. cum
Piscibus. et nudas praeceps operiret harenas.
repercussit
Pulsauit resono modulantia timpana plectro
Turba dei. celebrans mirum ac memorabile saeclis
di
Omnipotentis opus. liquidas inter freta ripas
secato aequore — stante in modum montis
Fluctibus incisis et subsistente procella
s. celebrant — s. celebrans. collectiones
Crescere. suspensosque globos potuisse teneri.
deuicta — resonant
Sic expugnata uitiorum gente resultant

[Left margin:] ...anorum usus fu... ut imagines aquilarum in suis ue... illis ponerent et per hoc fuga... quo uolebant ...dere suos ...tes. sic aquilae ...oces sunt ad ...endum que ...iunt. ...stres uocat ...plices. equites ...ctos homines ...ectae pastores.

[Right margin:] Romanorum usus fuit ut imagines aquilarum in suis uexillis ponerent et per hoc fugae et uolebant ostendere suos hostes. sic aquilae ueloces sunt ad capiendum que cupiunt.
Pedites uocat simplices. equites autem doctos homines et electae pastores.

Mistica dulcimodis uirtutū carmina psalmis.

Uirtutes urbē ingrediunt(ur).

Uentū erat ad fauces portę castrensis ubi artū
Liminis introitu bifori dant cardine claustra.

Discordia occulte uulnerat concordiā.

Nascit(ur) hic inopina mali lacrimabilis astu
Tępestas. placidę turbatrix inuida pacis,
Quę tantū subita uexaret clade triūphū.
Int(er) confertos cuneos. concordia forte
Dū stipata pede iam tutis moenib: īfert
Excipit occultū uitii latitantis ab ictu
Mucronē leuo ī latere. squalentia quāuis
Texta catenato ferri subtegmine corpus
Ambirent. sutis & acumen uulneris hamis
Respuerent. rigidis nec fila tenacia nodis
Inpactū sinerent penetrare ī uiscera telū.
Rara tamen chalybem tenui transmittere puncto
Commisura dedit. qua sese extrema politę
Squama ligat tunicę sinus & sibi cōserit oras.

Discordia uirtutib: insidiat(ur) & capit(ur).

Intulit hoc uulnus pugnatrix subdola uictę
Partis. & incautis uictorib: īsidiata est.
Nam pulsa culparū acie. discordia n(ost)ros
Intrarat cuneos. socia mentita figurā.
Scissa procul palla structū & serpente flagellū
Multiplici. media caporū in strage iacebant.
Ipsa redimitos. olea frondente capillos
Ostentans festis respondit lęta choreis.
Sed sicā sub ueste tegit. te maxima uirtus
Te solā tanto e numero concordia tristi
Fraude petens. sed nō uitalia rumpere sacri
Corporis est licitū. summotenus extima tactu
Lesa cutis tenuem signauit sanguine riuū.
Exclamat uirtus subito turbata. quid hoc est.

Que manus hic inimica latet. que prospera nostra
Vulnerat. et ferrum tanta inter gaudia vibrat.
Quid iuvat indomitos bello sedasse furores
Et scitum vitiis pereuntibus omne receptum
Si virtus sub pace cadit. trepida agmina mestos
Convertere oculos, stillabat vulneris index
Ferrata de veste cruor. mox et pavor hostem
Comminus adstantem prodit, nam pallor in ore
Conscius audacis facti dat signa reatus,
Et deprensa tremunt. languens manus et color albens. *Discordiam*
Circumstat propere strictis mucronibus omnis *circumdant virtutes*
Virtutum legio. exquirens fervente tumultu *strictis mucronibus.*
Et genus et nomen. patriam. sectamque deumque
Quem colat. et missu cuiatis venerit, illa
Exsanguis turbante metu. discordia dicor
Cognomento heresis. deus est mihi discolor inquit,
Nunc minor aut maior. modo duplex et modo simplex
Cum placet aerius. et de fantasmate visus,
Aut innata anima est. quotiens volo ludere numen,
Praeceptor belial mihi sit domus et plaga mundus, *Fides*
Non tulit ulterius capti blasphemia monstri *discordiam*
Virtutum regina fides, sed verba loquentis *percutit.*
Impedit. et vocis claudit spiramina pilo
Pollutam rigida transfigens cuspide linguam, *Virtutes*
Carpitur innumeris feralis bestia dextris. *discordiam*
Frustatim sibi quisque rapit quod spargat in auras. *dividunt.*
Quod canibus donet. corvis quod edacibus ultro
Offerat. immundis coeno exhalante cloacis.
Quod trudat monstris. quod mandet habere marinis,
Discissum fedis animalibus omne cadaver
Dividitur, ruptis heresis perit horrida membris,

.i. ppt̄ diuitias. ppt̄ uirtutes. ꝯspis
Compositis igit̄ rerū motuq; secundis
Incōmune bonis. postquā int̄ tuta morari
Contigit ac statione frui. ualloq; fouere
Pacificos sensus. & in otia soluere curas
Extruit̄ media castrorū sede tribunal
Editiore loco. cumulus quē uertice acuto
Excitat in speculā subiectam. unde omnia late
Liber ioffenso circumspicit aere uisus.
Hunc sincera fides simul & ↄcordia sacro
Foedere iuratę xp̄i sub amore sorores
Conscendunt apicē. max & sublime tribunal
Par scm̄ carūq; sibi supeminet æquo
Iure potestatis. consistunt aggere sūmo
Conspicuę populosq; iubent adstare freq; ntes.
Concurrunt alacres castris ex omīb; omīs.
Nulla latet pars m̄tis iers q̄ corporis ullo
Int̄cepta sinu pconceptacula sese
Degeneri langore tegat. tentoria aptis
Cuncta patent uelis. reserant̄ carbasa. ne q̄s
Marceat obscuro stertens habitator opto.
Auribus int̄ntis expectat contio quidnam
Uictores p̄ bella uocet concordia pncepᷤ
Quā uelit atq; fides uirtutib; addere legē.
Erūpit pma inuocē concordia tali
Alloquio. cumulata quidē iam gl̄a uobis
O patris o dn̄i fidissima pignora xp̄i.
Hoc habet. extincta est multo certamine seua
Barbaries. scæ quę circumsepserat urbis
Indigenas. ferroq; uiros flāmaq; p̄mebat.
Publica sed requies priuatis rure foroq;
Constat amicitiis. scissura domestica t̄bat

Interlinear glosses: sedes iudiciaria; excelsiore; cū; erecto; sublimat; ereo loco; sine offensione. quia nihil se ituenti opponebant; sub; ↄsentientes; uertice; simile; s. fidei & ↄcordię; monticulo; ipsę; s. uirtutū; multos densos; pigra; remota; clausuras; occultet; hostiis; pigrescat; runcans; i domo; multitudo aliqd; .i. caritas; regina; .i. caritas; aucta pfecta; s. est; filii; militare ūbū est .i. hoc habeat; barbī; obsederat circūdederat; .i. inde genitos; ire publicā. spoliis; intra uallū; munitione; secreta

Rubrics: Uirtutes edificant tribunal. Fides & caritas ↄscendunt tribunal. Residentibus inunū fide & caritate occurrunt turbe ab omnib; castris. Caritas uirtutū turmas alloq̄t̄.

Hoc erit idie iudicii quando patebunt facta singlorū

Sensus ē. hoc ... q̄ā n̄ simul habitan...

Rem populi titubare foris qd̄ dissidet intus.
Ergo cauete uiri ne sit sententia discors
Sensib: inuisis. ne secta exotica tectis
Nascatur conflata odiis. quia fissa uoluntas
Confundit uarius archana biformia fibris.
Quod sapimus coniungat amor. qd̄ uiuimus uno
Conspiret studio. nil dissociabile firmum est.
Utq: homini atq: deo medius interuenit ihc
Qui sociat mortale patri. ne carnea distent
Spũi eterno. sitq: ut ds̄ unus utrumq:
Sic quicquid gerim̃ mentisq: & corporis actu
Sps̄ unimodis texat compagib: unus.
Pax plenũ uirtutis opus. pax summa laborũ.
Pax belli exacti pretiũ est. pretiũq: picli.
Sidera pace uigent. consistunt terrea pace.
Nil placitũ sine pace dō. non munus ad aram
Cũ cupias offerre probat si turbida fratrem
Mens inpacati subpectoris oderit antro.
Nec si flammicomis xp̄i pnomine martir
Ignib: insiliat seruans inamabile uotũ
Bile sub obliqua ptiosam proderit ihũ
Impendisse animã. meriti quia clausula pax est.
Non inflata tumet. ñ inuidet æmula fratri.
Omnia ppetitur patiens. atq: omnia credit.
Numquã lesa dolet. cuncta offensacula donat.
Occasũ lucis uenia pcurrere gestit
Anxia ne stabilem linquat sol conscius iram.
Quisq: litare deo mactatis uult holochaustis.
Offerat ĩprimis pacẽ. nulla hostia xp̄o
Dulcior. hoc solo scā addonaria uultũ
Munere conuertens liquido oblectatur odore.

Sed tamen et niueis tradit deus ipse columbis
Pinnatū tenera plumarū ueste colubrū
Rimante ingenio docte inter noscere mixtū
Innocuis auib; latet et lupus ore cruento
Lacteolam mitius ouem subuellere molli
Cruda sanguinos exercens funera rictus.
Hac sese occultant fortinus et arrius arte
Inmanes feritate lupi. discrimina p̄dunt
Nā recens q; cruor quāuis de corpore summo
Quid possit furtiua manus. gemitū dedit omis
Uirtutū populus casu concussus acerbo. Itē fides
Tū generosa fides hec subdidit: immo secundis uirtutū
In reb; cesset gemit concordia lesa est. ītmas allōqt.
Sed defensa fides. quin et concordia sospes
Germanā comitā fidem sua uulnera ridet.
Hec mea sola salus. nihil hāc mihi triste recepta.
Nū opus egregio restat post bella labori
O proceres regni. qd tandē pacifer heres
Belligeri armatæ successor inermis et aulæ
Instituit salomon. qm genitoris anheli
Fumarat calido regū de sanguine dextra.
Sanguine nā terso templum fundat et ara
Ponitur auratis xp̄i domus ardua tectis
Tunc hierusalē templo illustrata quietū
Suscepit iam diua deū. circūuaga postquā
Sedit marmoreis fundata altarib; arca.
Surgat et ī n̄ris templū uenerabile castris
Omnipotens cuius scorum scā reuisat.
Nā qd trigenas ferro pepulisse phanges
Culparū p̄dest. hōis si filius arce
Aetheris inlapsus purgat corporis urbē

Intret inornatam templi splendentis egenus.
Hactenus alternis sudatum est comminus armis.
Munia nunc agitet tacitae toga candida pacis. *fides*
Atque sacris sedes properet discincta iuuentus. *& castitas metiuntur*
Hic ubi dicta dedit gradibus regina superbis *locum ubi templum*
Desiluit tantique operis concordia consors *dei aedificetur*
Metatura nouum iactu fundamine templum.
Aurea planitiem spatiis percurrit harundo
Dimensis quadrent ut quattuor undique frontes
Ne commissuris distantibus angulus impar
Argutam mutilet per dissona semetria normam. *hic templum domini cum*
Aurorae de parte tribus plaga lucida portis *vii columnis*
Illustrata patet, triplex aperitur ad austrum *hoc ex apocalipsi sumptum est*
Portarum numerus, tres occidualibus offert
Ianua trina fores, totiens aquilonis ad axem
Pandit alta domus, nullum illic structile saxum *hoc ex libro salomonis accipitur*
Sed caua per solidum multoque forata dolatu
Gemma relucenti limen complectitur arcu,
Vestibulumque lapis penetrabile concipit unus.
Portarum summis inscripta in postibus auro
Nomina apostolici fulgent bis sena senatus.
Spiritus his titulis archana recondita mentis
Ambit et electos uocat in praecordia sensus.
Quaque hominis natura uiget, quam corpore toto
Quadrua uis animae trinis ingressibus aram
Cordis adit castisque colit sacraria uotis.
Seu pueros sol primus agat, seu feruor ephebos
Incendat nimius, seu consummabilis aeui
Perficiat lux plena uiros, siue algida borae
Aetas decrepitam uocet ad pia sacra senectam,
Occurrit trinum quadrina ad compita numen.

Quod bene discipulis disponit rex duodenis
Quinetiam totidem gemmarum insignia textis
Parietibus distincta micant animasque colonum
Iuventes liquido lux evomit alta profundo.
Ingens crissolitus nativo interlitus auro
Hinc sibi saphirum sociaverat inde berillum
Distantesque nitor medius variabat honores
Hinc calcedon hebes perfundit ex iacincthi
Lumine vicino, nam forte cianea propter
Stagna lapis cohibens ostro fulgebat aquoso.
Sardonicem pingunt ametistina, pingit iaspis
Sardonium iuxta adpositum, pulcherque topazon
Has inter species zmaragdina gramine verno
Prata virent volvitque vagos lux herbida fluctus.
Te quoque conspicuum structura interserit ardens
Chrisoprasse sidus saxis stellantibus addit.
Stridebat gravidis funalis machina vinclis. Domus interior
Inmensas rapiens alta ad fastigia gemmas. hic pingitur habens columnas
At domus interior septem subnixa columnis pinas vii ubi sapientia
Cristalli algentis vitrea de rupe recisis sed & honorifice
Construitur, quarum tegit edita calculus albens significat
Inconum caesus capita et sinuamine subter
Subductus conchae speciem, quod mille talentis
Margaritum ingens opibusque et viribus hastae
Addictis animosa fides mercata pararat.
Hoc residet solio pollens sapientia, et omne
Consilium regni celsa disponit ab aula.
Iutantique hominis leges sub corde retractat
Inmanibus dnae sceptrum non arte politum
Sed ligno vivum viridi est, quod stirpe recisum
Quamvis nullus alat terreni cespitis humor

Fronde tamen uiret incolomi, tū sanguine tinctis
Intertexta rosis candentia lilia miscet
Nescia marcenti florem submittere collo.
Huius forma fuit sceptri gestamen aaron
Floriferū, sicco qđ germen cortice trudens
Explicuit tenerū spe pubescente decorem
Inq: nouos subito tumuit uirga arida foetus. Prudenti grās agit dō.

Reddimus aeternas indulgentissime doctor
Grates xpe tibi meritosq: sacramus honores
Ore pio, nam cor uitiorū stercore sordet.
Tu nos corporei latebrosa picula operti
Luctantisq: animae uoluisti agnoscere casus.
Nouimus ancipites nebuloso inpectore sensus
Sudare alternis conflictibus et uariato
Pugnarū euentu nunc indole crescere dextram.
Nunc inclinatis ceruicibus ad iuga uitae
Deteriora trahi seseq: addicere noxis
Turpibus et propriae iacturam ferre salutis.
O quotiens animam uitiorū peste repulsa
Sensimus incaluisse deo. quotiens tepefactum
Caeleste ingeniū post gaudia candida tetro
Cessisse stomacho. feruent bella horrida feruent
Ossibus inclusa, fremit et discordibus armis
Non simplex natura hominis, nam uiscera limo
Effigiata premunt animū, contra ille sereno
Editus afflatu nigrantis carcere cordis
Aestuat et sordes arta inter uincla recusat.
Spiritibus pugnant uariis lux atq: tenebrae
Distantesq: animat duplex substantia uires
Donec presidio xpś deus adsit et omnes
Virtutū gemmas componat sede piata.

Atq; ubi peccatū regnauerat· aurea templi
Atria constituens· texat spectamine morū
Ornamenta animae· quibus oblectata decoro
Aeternum solio diues sapientia regnet·.

Explicit psichomachia prudentii hispaniensis·

Incipiunt eiusdem, tituli de historiis ueteris
& noui testamenti p metrū qđ grece dirocheū
tetrasticon uocat· hoc est opus quattuor uersuū·

Eua columba fuit· tunc candida nigra deinde De adam
Facta p anguinū male suada fraude uenenū· & aeua
Tinxit & innocuū maculis sordentibus adam·
Dat nudis ficulna draco mox tegmina uictor· De cain
Fratrū sacra deus nutu distante duorum & abel
Aestimat· accipiens uiua & trena refutans;
Rusticus inuidia pastorem sternit inabel
Forma animae expmit caro nra imunere cain· De arca
Nuntia diluuii iam decrescentis ad arcam· noe
Ore colūba refert ramū uiridantis oliuae;
Coruus eni ingluuie p feda cadauera captus
Haeserat; illa datae reuehit noua gaudia pacis· Ad ilicē
Hospitiū hoc dnī est ilex ubi frondea mambre MAMBRE·
Armentale senis protexit culmen· in ista
Risit sarra casa subolis sibi gaudia sera
Ferri & decrepitū sic credere posse maritū· MONUMTU
Abraham mercat agrū quo conderet ossa SARRAE
Coniugis interris· qm pegrina moratur
Iustitia atq; fides hoc illud milibus emptū
Speleū scae requies ubi parta familia est· De somnio
Bis septem spicae uaccae totidem pharaoni pharaonis
Per somnū uisae portendunt dispare forma
Uberis atq; famis duo p septennia tempus

Cambridge University Library
Licensed under Creative Commons Attribution-NonCommercial 4.0 Unported License (CC BY-NC 4.0)

Instare. hoc soluit patriarcha int̄prete xp̄o. | A fr̄ib: agnit°

Venditus insidiis fratrū puer ipse uicissim | ioseph.
Craterā in farris sacco clā ꝑcipit abdi.
Utq: reos furti ioseph tenet auctio fallax
Proditur: agnoscunt fratrē ueniaq: pudescunt. | Ignis.

Sentib: inuolitans dr̄ igneus ore corusco | In rubo.
Compell(uocat)it iuuenē pecoris tunc forte magistrū;
Ille capit iussus uirgā. fit uipera uirga.
Soluit uincla pedū. properat pharaonis ad arcē. | Iter

Tutus agit uir iustus iter ut ꝑ mare magnū; | per mare
Ecce dī famulis scīs freta rubra dehiscunt.
Cū peccatores rabidos eadem freta mergant.
Obruit(ur) pharao. patuit uia libera moysi. | Moises accepit

Fumat montis apex diuinis ignib: in quo | legē
Scripta decē t̄bis saxorū pagina moysi
Traditur. ille suos suscepta lege reuisit.
Forma (s. erat) sed his uituli solus dr̄. & dr̄ aurū. | Manna & coturnices

Panib: angelicis albent tentoria patrū.
Certa fides facti. tenet urceus aureus exin
Seruatū manna. q̄ gratis uenit alt̄a nubes.
Atq: auidos carnis saturat congesta coturnix. | Serpens

Feruebat uia sicca heremi serpentib: atris. | aereus in heremo
Flamq: uenenati ꝑ uulnera liuida morsus
Carpebant populū. sed prudens aere politū
Dux cruce suspendit(ur) q uirus temperet anguē. | Lacus mirre

Aspa gustatu populo sitiente lacuna | in heremo
Tristificos latices stagnāti felle tenebat;
Moyses scs att lignū dare gurgitē in istū.
Concitet (&) i dulcē & uertent(ur) amara saporem. | Olim lucus

Deuenere uiri moisi duce sex ubi fontes. | in heremo
Et sex forte alii uitreo de rore rigabant

Septenas decies palmas· qui misticus helim
[arborib:] Lucus· apticu͞ numeru͞ libris quoq: pinxit·, Duodeci
Infonte͞ refluo iordanis gurgite fertur· lapides in
Du͞ calcanda di͞ populis sua uada reliq̄t· iordane
Testes bisseni lapides· quos flumine inipso
Constituere patres informa͞ discipuloru͞·, Raab
Procu͞bit iericho· sola stant atria raab· meretrix
Hospita sco͞ru͞ meretrix tanta est fidei uis·,
Incolomis secura dom͞ spectabile coccu͞·
Ignibus aduersis insignu͞ sanguinis offert·, Samson
Inuictu͞ uirtute comæ leo frangere samson
Adgredit͞; necat ille fera͞· sed abore leonis
Mella fluunt; maxilla asini fonte͞ uomit ultro;
Stultitia exundat limphis· dulcedine uirtus·, Samson
Trecentos uulpes samson capti ignibus armat;
Maq: faces caudis circu͞ligat isata mittit·,
Allophilu͞ segetesq: cremat·, sic callida uulpes
[s· xp͞ianoru͞] Nunc heresis fla͞mas uitioru͞ spargit inagros·, Dauid
Dauid paruus erat· fr͞um ultim͞· ce͞m iesse
Cura gregis· cithara͞ formans adouile patnu͞·
Inde ad delicias regis mox horrida bella
Conserit· & funda sternit stridente golia͞·, De regno
Regia mirifici fulgent insignia dauid dd
Sceptru͞· oleu͞· cornu· diadema· & purpura & ara·
Omnia conueniunt xp͞o· clamis atq: corona·
Uirga potestatis· cornu crucis· altar· oliuu͞·, Aedificatio
Aedificat te͞plu͞ sapientia p̄ salomonis templi
Obsequiu͞; regina austri graue congerit auru͞·,
Temp͞ adest· q͞ templu͞ hominis sub pectore xp͞s
Aedificet· quod gaza colat· qd͞ barbara dicent·, Filii
Forte pphetaru͞ nati du͞ ligna recidunt· Propheta͞ru͞·

Cambridge University Library
Licensed under Creative Commons Attribution-NonCommercial 4.0 Unported License (CC BY-NC 4.0)

Fluminis in ripā cecidit discussa bipennis;
Gurgite submersū est ferrū sed mox leue lignū
Iniectū stagnis ferrū reuocabile fecit. Filii isrl
Gens hebreorū peccamine capta frequenti
Fleuerat exiliū dirae babilonis adamnes.
Tū patrios cantare modos pcepta recusat.
Organaq: inramis salicis suspendit amarae. Domꝰ eze-
Hic bonus ezechias meruit ter quinq: pannos chie re-
Perscriptū pferre diē legemq: obeunti gis.
Tendere tot gradib: quot uespa texerat ūbra
Lumine pfusos docuit sol uersus inortū. De nouo testa
Adueniente dō descendit nuntius alto mto. Adnuntiatio
Gabrihel patris exsolio sedemq: repente dni.
Intrat uirgineā. scs te sps inquit
Implebit maria xpm paries sacra uirgo. Ciuitas beth-
Scā bethleē caput est orbis. q ptulit ihm. -leem.
Orbis pncipiū. caput ipsū principiorū.
Urbs hominē xpm genuit. qđ xps agebat
Ante dm quā sol fieret quā lucifer esset. Magor mu
Hic ptiosa magi subuirginis ubere xpo nera.
Dona ferunt puero. mirreq: et thuris et auri.
Miratr genitrix tot casti uentris honores.
Seq: dm genuisse hominē regem quoq: sūmū. Pastores ab
Peruigiles pastorū oculos uis luminis implet. angtis admo
Angelici natū celebrans exuirgine xpm. niti.
Inueniunt tectū pannis psepe iacenti.
Una erat exultant alacres et numē adorant. Occidunt
Impius innumeris infantū cedib: hostis. infantes
Pfurit herodes. dū xpm querit in illis.
Fumant lacteolo paruorū sanguine cunae.
Uulnerib:q: madent calidis pia pectora matrū.

s. xp̄m … iohannes
Perfudit fluuio pastus baptista locustis. Baptizatur
Siluarumq; fauis et amictus ueste cameli. xp̄s
Tinxerat et xp̄m. sed sp̄s ab aethere missus
Testatur tinctum. qui tinctis crimina donet. Pinna templi
Excidio templi ueteris stat pinna superstes.
Structurę enim lapide ex illo manet angulus usq;
In saeclum saecli. quem spreuerunt aedificantes.
s. ille
Hunc caput est templi. et lapidum compago nouorum. Uinum
Foedera coniugii celebrabant auspice coetu ex aqua
Forte galileis. iam deerant uina ministris.
Xp̄s uasa iubet properant aquaria limphis
Impleri. inde meri ueteris defunditur unda. Piscina
Morborum medicina latex quem sp̄s horis siloe
Eructat uariis fusum ratione latenti.
Syloam uocitant. sputis ubi conlita caeci
Lumina saluator iussit de fonte lauari. Passio iohis
Praemia saltatrix poscit funebria uirgo
Iohannis caput abscisum. quod lance reportet.
Incestae ad gremium matris fert regia donum
Saltria respersis manib: de sanguine iusto. Per mare ambu
It mare per medium dn̄s fluctusq: liquentes. lat xp̄s
Calce terens iubet instabili descendere cymba
Discipulum. sed mortalis trepidatio plantas
Mergit. at ille manum regit. et uestigia firmat. Demon miss
Vincla sepulchrali sub carcere ferrea demon in porcos
Ipse regerat. erupit. pedib:q: aduoluitur ihū.
Ast hominem dn̄s sibi uendicat. et iubet hostem
Porcorum furiare greges. ac per freta mergi. De v. panib: &
Quinq: deus panes fregit. piscesq: gemellos. duob: piscib:
His hominum large saturauit milia quinq:.
Implentur nimio micarum fragmine corbes

Bis seni. aeternae tanta est opulentia mensae. Lazarus susci
Conscius insignis facti locus in bethania tatur a mortuis
Vidit ab inferna te lazare sede reversum.
Apparet scissū fractis foribus monumentū.
Unde putrescentis redierunt membra sepulti. Ager san
Campus achel demach sceleris mercede nefandi guinis
Venditus f. est exsequias recipit tumulosus humandas.
Sanguinis hoc p̄tiū est xp̄i; iuda emin̄ arctat
Infelix collū laqueo. pro crimine tanto. Domus caiphe
Impia blasphemi cecidit domus alta caiphae.
In qua pulsata est alapis facies sacra xp̄i;
Hic peccatores manet exitus. obruta quorū
Vita ruinosis tumulis sine fine iacebit. Columna ad quā
Vinctus ihs dn̄s stetit aedibus. atq: columnae flagellatus
Adnexus tergū dedit ut servile flagellis. est dn̄s.
Perstat adhuc tēplū- que; gerit veneranda columna.
Nosq: docet cunctis inmunes vivere flagris. Passio sal
Traiectus putrūq: latus. laticē atq: cruorē vatoris
Xp̄s agit. sanguis victoria. limpha lavacrū est.
Tunc duo discordant crucib: hinc inde latrones
Contiguis. negat ille deū. fert iste coronā. Mons oli
Montis oliviferi xp̄s de vertice sursum -veti.
Ad patrē redit. signans vestigia pacis
Frondib: aet̄nis p̄ pinguis liquitur humor.
Qui probat īfusū t̄ris de crismate donū. Passio stepha
Primus init stephanus mercedē sanguinis imbre ni.
Afflictus lapidū. xp̄m tam ille cruentus
Inter saxa rogat. ne sit lapidatio fraudi
Hostibus. o primae pietas miranda coronae Porta specio sa.
Porta manet templi speciosā quā vocitarūt.
Egregiū salomonis opus. sed maius in illa

Cambridge University Library
Licensed under Creative Commons Attribution-NonCommercial 4.0 Unported License (CC BY-NC 4.0)

xpi opus emicuit. nam clodus surgere iussus
Ore petri. stupuit dampnatos currere gressus Visio
Somniat inlapsũ petrus alto exethere discũ Petri.
Confertũ omnigenis animalib: ille recusat
Mandere. sed dns iubet om̃ia munda putare.
Surgit & inmundas uocat admisteria gentes. Vas elec
Hic lupus ante rapax uestitur uellere molli. tionis
Saulus qui fuerat fit adempto lumine paulus.
Mox recipit uisũ. fit apls mox populorum.
Doctor & ore potens. coruos mutare colũbis. Apoca
Bis duodena senũ sedes pateris citharisq: lipsis iohis
Totq: coronarũ fulgens insignib: agnũ
Caede cruentatũ laudat qui uoluere librũ
Et septẽ potuit signacula pandere solus.

Incipit libellus de fenice. paradisi ut fert habitatrice
Quidã fert lactantiũ. hunc scripsisse libellũ.

Est locus in primo felix oriente remotus.
Qua patet aetni maxima porta poli.
Nec tamen aestiuos hiemisq: propinquus adortus.
Sed qua sol uerno fundit abaxe diem.
Illic planicies tractus diffundit apertos.
Nec tumulus crescit. nec caua uallis hiat.
Sed nros montes quorũ iuga celsa putantur
Per bis sex ulnas imminet ille locus.
Hic solis nemus est & consitus arbore multa.
Lucus ppetuo frondis honore uirens.
Cũ phoetonteis flagrasset abignibus axis
Ille locus flammis inuiolatus erat.
Et cũ diluuiũ mersisset fluctibus orbem.
Deucalioneas ex superauit aquas.
Non huc exsangues morbi. non aegra senectus.

Cambridge University Library
Licensed under Creative Commons Attribution-NonCommercial 4.0 Unported License (CC BY-NC 4.0)

Nec mors crudelis. nec metus asper adit.
Nec scelus infandum. nec opum uesana cupido.
Aut metus aut ardens cedit amore furor.
Luctus acerbus abest. et egestas obsita pannis.
Et curae insomnes. et uiolenta fames.
Non ibi tempestas. nec uis furit horrida uenti.
Nec gelido terram rore pruina tegit.
Nullaque per campos tendunt sua uellera nubes.
Nec cadit ex alto turbidus humor aquae.
Sed fons in medio quem uiuum nomine dicunt.
Perspicuus et lenis dulcibus uber aquis.
Qui semel erumpens per singula tempora mensum
Duodecies undis irrigat omne nemus.
Hoc genus arboreum procero stipite surgens.
Non lapsura solo mitia poma gerit.
Hoc nemus hos lucos auis incolit unica foenix.
Unica sed uiuit morte refecta sua.
Paret et obsequitur phoebo memoranda satellis.
Hoc natura parens munus habere dedit.
Lutea cum primum surgens aurora rubescit.
Et primum rosea sidera luce fugat.
Ter quater illa pias inmergit corpus in undas.
Ter quater e uiuo gurgite libat aquam.
Tollitur ac summo considit in arboris altae
Uertice que totum dispicit una nemus.
Et conuersa nouos phoebi nascentis adortus.
Expectat radios et iubar exoriens.
Atque ubi sol pepulit fulgentis limina portae.
Et primi emicuit luminis aura leuis.
Incipit illa sacri modulamina fundere cantus.
Et mira lucem uociferare nouam.

Quam nec idoneae uoces nec tibia possit.
Musica cyrreis assimilare modis.
Sed nec olor moriens imitari posse putetur.
Nec cyllenea fila canora lyrae.
Postquā phoebus equos inapta resoluit olimpi
Atq; orbem totū protulit usq; means.
Illa ter alarū repetito uerbere plaudit.
Igniferūq; caput ter ueneranda silet.
Atq; eadem celeres iā iā discriminat horas
Innarrabilibus nocte dieq; sonis.
Antistes est nemorū luci ueneranda sacerdos.
Et sola archanis conscia phoebe tuis.
Que postquā uitae iam mille peregerit annos
Ac se reddiderint tempora longa grauem.
Ut reparet lapsū spatiis uergentib; aeuum.
Assuetū nemus. & dulce cubile fugit.
Cumq; renascendi studio loca sca relinquit.
Tunc petit huncorbē. mox ubi regna tenet.
Dirigit insiriam celeres longeua uolatus.
Fenicē nomen cui dedit ipsa uetus.
Secretosq; petit deserta pauia lucos.
Sicubi post saltus silua remota latet.
Tū legit aerio sublimem uertice palmā.
Que gratū fenix exaue nomen habet.
It qua nulla nocens animal prorūpe possit.
Lubricos aut serpens. aut auis ulla rapax.
Cū uentos claudit patescentibus eolus antris.
Neuiolent flabris aera purpureum
Neu concreta nothus nubes p inania caeli
Submoueat. radios solis malta trahit.
Construit inde sibi seu nidū siue sepulchrū.

Nam pt̃ ut uiuat· se tamen ipsa creat·,
Colligit hinc sucos & odores diuite silua.
Quos legit assirius· quos opulentus arabs·,
Quos aut pigmeæ gentes aut india carpit.
Aut molli generat terra sabea sinu·,
i· & · i· odore
Cinnamomũ sucos· auram spirantis amomi
Congregat· & mixto balsama cũ folio·,
i· abest· odorantis
Non casiæ mitis· nec olentis uimen achanti·
Nec thuris lacrimæ· guttaq: pinguis abest·,
his addit teneras nardi pubentis aristas.
Et sociã myrræ uim pana chea turis·,
Protinus his stratis corp̃os motabile nido.
Vitaliq: thoro membra quieta locat·,
Ore dehinc sucos membris circũq: supraq:
Inicit· obsequiis inmoritura suis·,
Tunc inter uarios animã commendat odores.
t focũ
Depositi tanti nec timet illa finem·,
Interea corpus genitali morte pemptũ
Aestuat & flãmam parturit ipse calor.
Aetherioq: procul delumine concipit ignem.
flagrat & ambustũ soluitur incineres·
Quos uelut ĩmassã cineres ĩmorte coactos
Conflat· & effecti seminis instar habet·,
hoc animal primũ sine membris fert̃ oriri·,
Sed fert̃ uermis lacteus esse color·,
Creuerit ĩmassam subito cũ tempore certo·
Seq: ut oui teretis colligit ĩ speciem·,
Inde reformatur· qualis fuit ante figura·,
rupto ouo
Et fenix ruptis pullulat exuuiis·,
Ac uelut agrestis cũ filo adsaxa tenetur·
Motari pennæ papilione solent·,

Cambridge University Library
Licensed under Creative Commons Attribution-NonCommercial 4.0 Unported License (CC BY-NC 4.0)

Non illi cibus est nostro concessus in orbe.
Nec cuiquam implumem pascere cura subest.
Ambrosios libat caelesti nectare rores.
Stellifero tenues qui cecidere polo.
Hos legit. his alitur mediis in odoribus ales.
Donec maturam proferat effigiem.
Ast ubi primeua coepit florere iuuenta.
Euolat ad patrias iam reditura domus.
Ante tamen proprio quicquid de corpore restat
Ossaque uel cineres exuuiasque [reliquias] suas
Unguine balsameo myrraque et thure soluta.
Condit [collocat uel linit] et in formam conglobat ore pio.
Quam [formam] pedibus gestans, contendit [solis] ad ortus.
Inque alma residens promit [scilicet cantus] in ede sacra.
Mirandam sepe prestat praebetque [scilicet mirantibus uel audientibus] melodem.
Tantus ibi decor est tantus habundat honor.
Principio [id est in capite] color est. qualis sub sidere caeli
Mitia qui croceo punica grana legunt [colligunt].
Qualis inest foliis que fert agreste papauer.
Cum pandit uestes flore rubente [id est ad polum] polo.
Hoc humerus pectusque decens uelamine fulget.
Hoc caput hoc ceruix summaque terga nitent.
Caudaque porrigitur flauo distincta metallo.
In cuius maculis purpura mixta rubet.
Harum [macularum] inter pennas insigneque desuper iris.
Pingere ceu nubem desuper aura solet.
Albicat insignis mixto [uel a] uiridante [uel e] smaragdo.
Et puro cornu gemmea [id est quasi gemmata] cuspis hiat.
Ingentes oculos credas geminos iacinctos.
Quorum de medio lucida flamma micat.
Aequataque [scilicet micat] noto capitis radiata corona.

solaris
Phoebei referens uerticis alta decus.
Crura tegunt squamae flauo distincta colore.
minio t purpureo
Ast ungues roseo tingit honore color.
Effigies inter pauonis mixta figura
gen pulcherrimae auis
Cernitur et picta phasidis inter auem
Magnitiem terris arabum que gignit ales.
t eque scire tu quaeque est
Vix equare potest seu fera seu sit auis.
Non tamen est magna ut uolucres que corpore magno
Incessus pigros per graue pondus habent.
Sed leuis ac uelox regali plena decore.
Talis in aspectu se tenet usque hominum.
Huc uenit egiptus tanti ad miracula uisus.
Et raram uolucrem turba salutat ouans.
Protinus exsculpunt sacrato in marmore formam.
Et titulo signant remque diemque nouo.
Contrahit in caelum sese genus omne uolantum.
t memor
Nec predae memor est ulla nec ulla metus.
Alituum stipante choro uolat illa per altum.
Turbaque prosequitur munera laeta pio.
Sed postquam puri peruenit ad etheris auras.
Mox redit illa suis conditur inde locis.
natura — t naturis auium t pullis earum
O potior fortuna auibus natisque uolucrum.
Cui de se nasci prestitit ipse deus.
t dubium est utrum sit an
Femina sit seu masculus aut si forte neutrum.
que
Felix ueneris foedera nulla colit.
Mors illi ueneris sola est in morte uoluntas.
Ut possit nasci appetit ante mori.
s. est
Ipsa sibi proles suus est pater et suus heres.
Nutrix ipsa sibi semper alumna sibi.
s. est
Ipsa quidem sed non eadem quia ipsa nec ipsa est.
Aeternam uitam mortis adepta bono. FINIT DE FENICE.

Cambridge University Library
Licensed under Creative Commons Attribution-NonCommercial 4.0 Unported License (CC BY-NC 4.0)

ANICII MANLII SEVERINI BOETII EX CONSULE ORDINARII

Carmen philosophiae consolationis incipit liber primus

Carmina qui quondā studio florente peregi
Flebilis heu mestos cogor inire modos.
Ecce mihi lacere dictant scribenda camoenae
Et ueris elegi fletib: ora rigant.
Has saltem nullus potuit peruincere terror
Ne nostrum comites prosequerentur iter.
Gloria felicis olim uiridisq: iuuentę
Solantur mesti nunc mea fata senis.
Venit enim properata malis inopina senectus
Et dolor ętatem iussit inesse suam.
Intempestiui funduntur uertice cani
Et tremit effeto corpore laxa cutis.
Mors hominum felix que se nec dulcib: annis
Inserit & mestis sepe uocata uenit.
Heu heu quam surda miseros auertitur aure
Et flentes oculos claudere seua negat.
Dum leuib: malefida bonis fortuna faueret
Pene caput tristis merserat hora meum.
Nunc quia fallacem mutauit nubila uultum
Protrahit ingratas impia uita moras.
Quid me felicem totiens iactastis amici
Qui cecidit stabili n erat ille gradu.

Hec dū mecum tacitus ipse reputarē. querimoniamq: lacrimabilem stili officio signarē. adstitisse mihi supra uerticem uisa ē mulier reuerendi admodum uultus. oculis ardentib: & ultra communem hominum ualentiā perspicacib: calore uiuido atq: inexhausti uigoris. quamuis ita eui plena foret. ut nullomodo nr̄i crederetur ęui. Statura discretionis ambigue. Nam nunc quidē sese

munem sese hominum mensuram cohibebat. Nunc
uero pulsare celum summi uerticis cacumine uidebatur.
Que cum altius caput extulisset ipsum celum penetra
bat respicientiumque hominum frustrabatur intuitum. Uestes
erant tenuissimis filis subtili artificio indissolubili materia
perfecte quas uti post eadem prodente cognoui suis ma
nibus ipsa texuerat. Quarum speciem ueluti fumosas
imagines solet caligo quedam neglecte uetustatis ob
duxerat. Harum in extremo margine Π grecum in sub
premo uero Θ legebatur intextum. Atque inter utrasque
litteras inscalarum modum gradus quidam insigniti
uidebantur quibus ab inferiore ad superius elementum esset
ascensus. Eandem tamen uestem uiolentorum quorundam
sciderant manus et particulas quas quisque potuit ab
stulerat. Et dextera quidem eius libellos sceptrum uero
sinistra gestabat. Que ubi poeticas musas uidit nostro
assistentes thoro fletibusque meis uerba dictantes commo
ta paulisper ac toruis inflammata luminibus: Quis inquit
has scenicas meretriculas ad hunc egrum permisit
accedere que dolores eius non modo nullis remediis
fouerent uerum dulcibus insuper alerent uenenis.
Hae sunt enim que infructuosis affectuum spinis uberem
fructibus rationis segetem necant hominumque mentes
assuefaciunt morbo non liberant. At si quem prophanum
uti uulgo solitum blanditie uestre detraherent minus
moleste ferendum putarem. Nihil quippe in eo nostre operae
lederentur. Hunc uero eleaticis atque achademicis studiis
innutritum. Sed abite potius syrene usque in exitium
dulces meisque eum musis curandum sanandumque re
linquite. His ille chorus increpitus deiecit humi me
stior uultum confessusque rubore uerecundiam limen tristis

excessit. At ego cuius acies lacrimis mersa caligaret. nec dinoscere possem quę nam hec eet mulier tam imperiosę auctoritatis. obstipui. visuq; in terram defixo. quid nam deinceps eet actura expectare tacitus coepi. Tum illa propius accedens. in extrema lectuli mei parte consedit. Meumq; intuens uultum luctu grauē. atq; in humum merore deiectum. his uersib; de nostrę mentis perturbatione conquesta est.

Metrū .ii.

Heu quā precipiti mersa profundo. Mens hebet & ppria luce relicta. tendit in externas ire tenebras. Terrenis quotiens flatib; aucta. Crescit in inmensū noxia cura. Hic quondam celo liber aperto. Suetus in etherios ire meatus. Cernebat rosei lumina solis. Visebat gelidę sidera lunę. Et quęcumq; uagos stella recursus. Exercet uarios flexa per orbes. Conprensam numeris uictor habebat. Quin etiā causas unde sonora. flamina sollicitent equora ponti. Quis uoluat stabilem sps orbem. Vel cur hesperias sidus in undas. Casurum rutilo surgat ab ortu. Quid ueris placidas temperet horas. Vt terram roseis florib; ornet. Quis dedit ut pleno fertilis anno. Autumnus grauidis influat uuis. Rimari solitus atq; latentis. Naturę uarias reddere causas. Nunc iacet effeto lumine mentis. & pressus grauib; colla catenis. Decliuemq; gerens pondere uultum. Cogitur heu stolidā cernere terram.

Sed medicinę inquit tempus. est quam querelę. Tum uero totis in me intenta luminib; tune ille es ait. qui nr̄o quondam lacte nutritus. nr̄is educatus alimentis in uirilis animi robur euaseras. At qui talia contuleramus arma. quę nisi prior abiecisses. inuicta te firmitate tuerentur. Agnoscisne me? Quid taces? Pudore an stupore siluisti?

Mallem pudore. Sed te ut uideo stupor oppressit. Cumque
me non modo tacitum sed elinguem prorsus mutumque uidisset,
ammouit pectori meo leniter manum. Et nihil inquit
pericli est. Lethargum patitur. communem illusarum
mentium morbum. Sui paulisper oblitus est. Recordabitur
facile. Siquidem nos ante cognouerit. Quod ut possit paulisper
lumina eius mortalium rerum nube caligantia tergamus.
Hec dixit oculosque meos fletibus undantes contracta in ruga
ueste siccauit. Metrum archilogicum.

Tunc me discussa liquerunt nocte tenebre. Luminibusque
prior redit uigor. Ut cum precipiti glomerant sidera choro.
Nimbosisque polus stetit imbribus. Sol latet ac nondum celo
uenientibus astris. Desuper in terram nox funditur. Hanc si threicio
boreas emissus ab antro. Uerberet & clausum reseret
diem. Emicat & subito uibratus lumine phebus. Mirantes
oculos radiis ferit.

Haud aliter tristitie nebulis dissolutis hausi celum.
& ad cognoscendam medicantis faciem mentem recepi.
Itaque ubi in eam deduxi oculos intuitumque defixi. Respicio
nutricem meam cuius ab adolescentia laribus obuersatus
fueram philosophiam. & quid inquam tu in has exilii nostri
solitudines o omnium magistra uirtutum supero cardine delapsa
uenisti. An ut tu quoque mecum rea falsis crimi-
nationibus agiteris. An inquit illa te alumne desererem.
Nec sarcinam quam mei nominis inuidia sustulisti. com-
municato tecum labore partirer. Atqui philosophie
fas non erat incomitatum relinquere iter innocentis.
meam scilicet criminationem uererer. & quasi noui
aliquid acciderit perhorrescerem. Nunc enim primum
censes apud improbos mores lacessitam esse sapientiam.
Nonne apud ueteres quoque ante nostri platonis

aetate magnum saepe certamen cum stultitiae temeritate certavimus? Eodemque superstite praeceptor eius Socrates iniustae victoriam mortis me astante promeruit. Cuius hereditatem cum deinceps Epicureum vulgus ac Stoicum ceterique pro sua quisque parte raptum ire molirentur meque reclamantem renitentemque velut in partem praedae traherent, vestem quam meis texueram manibus disciderunt, abreptisque ab ea panniculis totam me sibi cessisse credentes abiere. In quibus quoniam quaedam nostri habitus vestigia videbantur, meos esse familiares imprudentia rata nonnullos eorum profanae multitudinis errore pervertit. Quod si nec Anaxagorae fugam nec Socratis venenum nec Zenonis tormenta quoniam sunt peregrina novisti, at Canios, at Senecas, at Soranos, quorum nec pervetusta nec incelebris memoria est, scire potuisti. Quos nihil aliud in cladem detraxit nisi quod nostris moribus instituti studiis improborum dissimillimi videbantur. Itaque nihil est quod admirere, si in hoc vitae salo circumflantibus agitemur procellis, quibus hoc maxime propositum est pessimis displicere. Quorum quidem tametsi est numerosus exercitus, spernendus tamen est, quoniam nullo duce regitur, sed errore tantum temere ac passim lymphante raptatur. Qui si quando contra nos aciem struens valentior incubuerit, nostra quidem dux copias suas in arcem contrahit, illi vero circa diripiendas inutiles sarcinulas occupantur. At nos desuper irridemus vilissima rerum quaeque rapientes, securi totius furiosi tumultus, eoque vallo muniti quo grassanti stultitiae aspirare fas non sit.

Metrum faleucium.

Quisquis composito serenus aevo
Fatum sub pedibus egit superbum
Fortunamque tuens utramque rectus
Invictum potuit tenere vultum,
Non illum rabies minaeque ponti
Versum funditus excitantis aestum
Nec ruptis quotiens vagus caminis
Torquet fumificos Vesevus ignes
Aut celsas soliti ferire turres
Ardentis via fulminis movebit.
Quid tantum miseri saevos tyrannos
Mirantur sine viribus furentes?
Nec speres aliquid nec extimescas,
Exarmaveris impotentis iram.
At quisquis trepidus pavet vel optat,
Quod non sit stabilis suique iuris,

Abiecit clipeum locoque motus nectit qua valeat trahi catenam.

Sentisne inquit haec atque animo illabuntur tuo ΑΝΟΝΟϹ ΛΥΡΑϹ. Quid fles quid lacrimis manas? ΕΞΑΥΔΑ ΜΗ ΚΕΥΘΕ ΝΟΩ. Si operam medicantis expectas, oportet uulnus detegas. Tum ego collecto in uires animo: Anne adhuc eget amonitione nec per se satis eminet fortunae in nos seuientis asperitas? Nihilne te ipsa loci facies mouet? Haecine est bibliotheca quam certissimam tibi sedem nostris in laribus ipsa delegeras? In qua mecum saepe residens humanarum diuinarumque rerum scientia disserebas? Talis habitus talisque uultus erat, cum tecum naturae secreta rimarer, cum mihi siderum uias radio describeres, cum mores nostros totiusque uitae rationem ad caelestis ordinis exempla formares? Haeccine praemia referimus tibi obsequentes? At qui tu hanc sententiam Platonis ore sanxisti: beatas fore res publicas si eas uel studiosi sapientiae regerent uel earum rectores studere sapientiae contigisset. Tu eiusdem uiri ore hanc sapientibus capessendae rei publicae necessariam causam esse monuisti, ne improbis flagitiosisque ciuibus urbium relicta gubernacula pestem bonis ac perniciem ferrent. Hanc igitur auctoritatem secutus quod a te inter secreta otia didiceram transferre in actum publicae administrationis optaui. Tu mihi et qui te sapientium mentibus inseruit deus conscii nullum me ad magistratum nisi commune omnium bonorum studium detulisse. Inde cum improbis graues inexorabilesque discordiae et quod conscientiae libertas habet pro tuendo iure spreta potentiorum semper offensio. Quotiens ego Conigastum in imbecillis cuiusque fortunas impetum facientem obuius excepi! Quotiens Trigguillam regiae praepositum domus ab incepta perpetrata iam prorsus iniuria deieci! Quotiens miseros quos infinitis calumniis impunita barbarorum semper auaritia uexabat obiecta periculis auctoritate protexi! Numquam me ab iure ad iniuriam quisquam detraxit. Prouincialium fortunas tum priuatis rapinis tum publicis uectigalibus pessumdari non

quam qui patiebantur indolui. Cum acerbae famis tempore gravi atque inexplicabili indicta coemptio profligatura inopia Campaniam provinciam videretur, certamen adversum praefectum praetorii communis commodi ratione suscepi, rege cognoscente contendi et ne coemptio exigeretur evici. Paulinum consularem virum cuius opes Palatinae canes iam spe atque ambitione devorassent, ab ipsis hiantium faucibus traxi. Ne Albinum consularem virum praeiudicatae accusationis poena corriperet, odiis me Cypriani delatoris opposui. Satisne in me magnas videor exacerbasse discordias? Sed esse apud ceteros tutior debui, qui mihi amore iustitiae nihil apud aulicos quo magis essem tutior reservavi. Quibus autem deferentibus perculsi sumus? Quorum Basilius olim regio ministerio depulsus in delationem nostri nominis alieni aeris necessitate compulsus est. Opilionem vero atque Gaudentium cum ob innumeras multiplicesque fraudes ire in exilium regia censura decrevisset, cumque illi regi parere nolentes sacrarum sese aedium defensione tuerentur, compertumque id regi foret, edixit uti ni intra praescriptum diem Ravenna urbe decederent, notas insigniti frontibus pellerentur. Quid huic severitati posse astrui videtur? Atqui in eo die deferentibus eisdem nominis nostri delatio suscepta est. Quid igitur? Nostrae artes ita meruerunt? An illos accusatores iustos fecit praemissa damnatio? Itane nihil fortunam puduit, si minus accusatae innocentiae, at accusantium vilitatis? At cuius criminis arguimur summam quaeris? Senatum dicimur salvum esse voluisse. Modum desideras? Delatorem ne documenta deferret quibus senatum maiestatis reum faceret impedisse criminamur. Quid igitur, o magistra, censes? Infitiabimur crimen, ne tibi pudor simus? At volui nec umquam velle desistam. Fatebimur? Sed impediendi delatoris opera cessavit. An optasse illius ordinis salutem nefas vocabo? Ille quidem suis de me decretis uti hoc nefas esset effecerat. Sed sibi semper mentiens inprudentia rerum merita non potest inmutare. Nec mihi Socratico decreto fas esse arbitror ut occuluisse veritatem

concessisse mendacium. Uerum id quoquo modo sit. tuo sapientiumque
iudicio estimandum relinquo. Cuius rei seriem atque ueritatem ne latere
posteros queat. stilo etiam memorieque mandaui. Nam de composi-
tis falso litteris quibus libertatem arguor sperasse romanam quid attinet
dicere? Quarum fraus aperta patuisset si nobis ipsorum confessione delatorum
quod in omnibus negotiis maximas uires habet uti licuisset. Nam que spe-
ri reliqua libertas potest? Atque utinam posset ulla. Respondissem
canii uerbo. Qui cum a gaio cesare germanici filio conscius contra se facte
coniurationis fuisse diceretur. Si ego inquid scissem tu nescisses.
Qua in re non ita sensus nostros meror hebetauit. ut impios scele-
rata contra uirtutem querar molitos. Sed que sperauerint effecisse
uehementer admiror. Nam deteriora uelle nostri fuerit fortasse
defectus. Posse contra innocentiam que sceleratus quisque conceperit
inspectante deo monstri simile est. Unde haud iniuria
tuorum quidam familiarium quesiuit. Si quidem deus inquit est.
unde mala? Bona uero unde si non est? Sed fas fuerit
nefarios homines qui bonorum omnium totiusque senatus sanguinem petunt.
Nos etiam quos propugnare bonis senatuique uiderant perditum ire
uoluisse. Sed num idem de patribus quoque merebamur? Meministi ut opinor quoniam
me dicturum quid facturumue presens semper ipsa dirigebas. Meministi inquam uerone
cum rex auidus exitii communis maiestatis crimen in albinum delate ad cunc-
tum senatus ordinem transferre moliretur. uniuersi innocentiam senatus
quanta mei periculi securitate defenderim. Scis me hec et uera proferre
et in nulla umquam mei laude iactasse. Minuit enim quodam modo se probantis
conscientie secretum. quotiens ostentando quis factum recipit fame pretium.
Sed innocentiam nostram quis exceperit euentus uides. Pro uere uirtutis pre-
miis falsi sceleris penas subimus. Et cuius umquam facinoris mani-
festa confessio ita iudices habuit in seueritate concordes ut non
aliquos uel ipse ingenii error humani uel fortune conditio cunctis
mortalibus incerta submitteret. Si inflammare sacras edes uoluisse. si sa-
cerdotes impio iugulare gladio. si bonis omnibus necem struxisse

Cambridge University Library
Licensed under Creative Commons Attribution-NonCommercial 4.0 Unported License (CC BY-NC 4.0)

diceremur praesentem tamen sententiam confessum tuetur me pu
nisse. Nunc quingentis fere passuum milibus procul moti atque indefensi ob stu
dium propensius in senatum morti proscriptionique damnamur. O meritos de simili
crimine neminem posse conuinci. Cuius dignitatem reatus ipsi etiam qui detulere
uiderunt. Quam uti alicuius sceleris ammixtione fuscarent ob ambitum
dignitatis sacrilegio meam conscientiam polluisse mentiti sunt. Atqui et tu insita nobis
omnem rerum mortalium cupidinem de nostri animi sede pellebas et sub tuis
oculis sacrilegio locum esse fas non erat. Instillabas enim auribus cogitationibusque
cotidie meis pythagoricum illud ΕΠΟΥ ΘΕΟΝ. Nec conueniebat uilissimorum
me spirituum praesidia captare quem tu in hanc excellentiam componebas ut consi
milem deo faceres. Praeterea penetral innocens domus, honestissimorum coetus amicorum,
socer etiam sanctus et aeque ac tu ipsa reuerendus ab omni nos huius criminis suspici
one defendunt. Sed o nefas illi uero de te tanti criminis fidem capiunt
atque hoc ipso uidebimur affines fuisse maleficio quod tuis imbuti disciplinis, tuis insti
tuti moribus sumus. Ita non est satis nihil mihi tuam profuisse reuerentiam nisi ultro tu mea potius
offensione lacereris. At uero hic etiam nostris malis cumulus accedit quod existimatio
plurimorum non rerum merita sed fortunae spectat euentum, eaque tantum iudicat esse
prouisa quae felicitas commendauerit. Quo fit ut existimatio bona prima omnium
deserat infelices. Qui nunc populi rumores, quam dissonae multiplicesque sententiae piget
reminisci. Hoc tantum dixerim ultimam esse aduersae fortunae sarcinam quod
dum miseris aliquod crimen affingitur quae perferunt meruisse creduntur. Et ego
bonis omnibus pulsus, dignitatibus exutus, existimatione foedatus ob bene
ficium supplicium tuli. Videre autem uideor nefarias sceleratorum officinas
gaudio laetitiaque fluitantes, perditissimum quemque nouis delationum
fraudibus imminentem, iacere bonos nostri discriminis terrore prostratos,
flagitiosum quemque ad audendum quidem facinus impunitate, ad efficiendum
uero praemiis incitari, insontes autem non modo securitate uerum ipsa etiam
defensione priuatos. Itaque libet exclamare. Metrum anapesticum

O stelliferi conditor orbis
Qui perpetuo nixus solio
Rapido caelum turbine uersas
Legemque pati sidera cogis.
Ut nunc pleno lucida cornu. Totis fratris obuia flammis

Condat stellas luna minores. Nunc obscuro pallida cornu
Phoebo propior lumina perdat. Et qui primae tempore noctis
Agit algentes hesperos ortus. Solitas iterum mutet habenas.
Phoebi pallens lucifer ortu. Tu frondifluae frigore brumae
Stringis lucem breviore mora. Tu cum fervida venerit aestas.
Agiles nocti dividis horas. Tua vis varium temperat annum.
Ut quas boreae spiritus aufert. Revehat mites zephirus frondes.
Quaeque arcturus semina vidit. Sirius altas urat segetes.
Nihil antiqua lege solutum. Linquit propriae stationis opus.
Omnia certo fine gubernans. Hominum solos respuis actus.
Merito rector cohibere modo. Nam cur tantas lubrica versat
fortuna vices. premit insontes. Debita sceleri noxia poena.
At perversi resident celso. Mores solio sanctaque calcant
Iniusta vice colla nocentes. Latet obscuris condita virtus
Clara tenebris iustusque tulit. Crimen iniqui.
Nil periuria nil nocet ipsis. Fraus mendaci compta colore.
Sed cum libuit viribus uti. Quos innumeri metuunt populi.
Summos gaudent subdere reges. O iam miseras respice terras.
Quisquis rerum foedera nectis. Operis tanti pars non vilis.
Homines quatimur fortunae salo. Rapidos rector comprime fluctus.
Et quo caelum regis immensum. Firma stabiles foedere terras.

Haec ubi continuato dolore delatravi. illa vultu placido
nihilque meis questibus mota. cum te inquit mestum lacri-
mantemque vidissem. illico miserum exulemque cognovi.
Sed quam id longinqui esset exilii nisi tua prodidisset oratio nesci-
ebam. Sed tu quam procul a patria non quidem pulsus es. sed aber-
rasti. Ac si te pulsum existimari mavis. te potius ipse pepulisti.
Nam id quidem de te numquam cuiquam fas fuisset. Si enim cuius
oriundus sis patriae reminiscaris. non uti atheniensium quondam
multitudinis imperio regitur. Sed ΕΙϹ ΚΟΙΡΑΝΟϹ ΕϹ
ΤΙΝ ΕΙϹ ΒΑϹΙΛΕΙϹ. qui frequentia civium non depulsione

one letetur. Cui agi frenis atque obtemperare iustitiae summa
libertas est. An ignoras illa tue ciuitatis antiquissima lege
qua sanctum est ius exulare non esse quisquis in ea sedem fundare malu
erit. Nam qui uallo eius ac munimine continetur nullus metus
est ne exul esse mereatur. At quisquis inhabitare eam uelle desierit
pariter desinit etiam mereri. Itaque non tam me loci huius quam tua facies
mouet. Nec bibliothecae potius comptos ebore ac uitro parietes
quam tuae mentis sedem requiro, in qua non libros sed id quod libris pretium
facit. Librorum quondam meorum sententias collocaui. Et tu quidem de tuis
in commune bonum meritis uera quidem sed pro multitudine gestorum
tibi pauca dixisti. De obiectorum tibi uel honestate uel falsitate cun
ctis nota memorasti. De sceleribus fraudibusque delatorum recte
tu quidem strictim attingendum putasti, quod ea melius uberiusque
recognoscentis omnia uulgi ore celebrentur. Increpuisti etiam
uehementer iniusti factum senatus. De nostra etiam criminatione
doluisti. Lesae quoque opinionis dampna fleuisti. Postremum aduersum
fortunam dolor incanduit, conquestusque non aeque meritis praemia
pensari. In extremo musae saeuientis uti quae caelum terras quoque pax
regeret uota posuisti. Sed quoniam plurimus tibi affectuum tumultus
incubuit, diuersumque te dolor ira meror distrahunt, uti nunc
mentis es nondum te ualidiora remedia contingunt. Itaque lenio
ribus paulisper utemur, ut quae in tumorem perturbationibus influentibus
induruerunt ad acrioris uim medicaminis recipiendam tactu
blandiore mollescant.

Metrum glyconium.

Cum Phoebi radiis graue Cancri sidus inaestuat.
Tum qui larga negantibus Sulcis semina credidit.
Elusus Cereris fide Quernas pergat ad arbores.
Numquam purpureum nemus Lecturus uiolas petas.
Cum saeuis aquilonibus Stridens campus inhorruit.
Nec quaeras auida manu Uernos stringere palmites
Uuis si libeat frui; Autumno potius sua Bacchus munera contulit.

Signat tempora propriis. Aptans officiis deus. Nec quas ipse coercuit. Misceri patitur uices. Sic quod praecipiti uia. Certum deserit ordinem. Laetos non habet exitus.

Primum igitur paterisne me pauculis interrogationibus statum tuae mentis attingere atque temptare, ut quis modus sit tuae curationis intellegam? Tu uero arbitratu inquam tuo quae uoles ut responsurum rogato. Tum illa. Huncine inquit mundum temerariis agi fortuitisque casibus putas, an ullum credis ei regimen inesse rationis? Atqui inquam nullo existimauerim modo ut fortuita temeritate tam certa moueantur. Verum operi suo conditorem praesidere deum scio. Nec umquam fuerit dies qui me ab hac sententiae ueritate depellat. Ita est inquit. Nam id etiam paulo ante cecinisti, homines tantum diuinae exortes curae esse deplorasti. Nam de ceteris quin ratione regerentur nihil mouebare. Pape autem uehementer admiror cur in tam salubri sententia locatus aegrotes. Verum altius perscrutemur. Nescio quid abesse coniecto. Sed dic mihi, quoniam deo mundum regi non ambigis, quibus etiam gubernaculis regatur aduertis? Vix inquam rogationis tuae sententiam nosco, nedum ad inquisita respondere queam. Num me inquit fefellit abesse aliquid per quod uelut hiante ualli robore in animum tuum perturbationum morbus irrepserit? Sed dic mihi, meministine quis sit rerum finis, quoue totius naturae tendat intentio? Audieram inquam, sed memoriam maeror hebetauit. Atqui scis unde cuncta processerint? Noui inquam, deumque esse respondi. Et qui fieri potest ut principio cognito quis sit rerum finis ignores? Verum hi perturbationum mores, ea ualentia est, ut mouere quidem loco hominem possint, conuellere autem sibique totum exstirpare non possint. Sed hoc quoque respondeas uelim, hominemne te esse meministi? Quidni inquam meminerim? Quid igitur homo sit poterisne proferre? Hocine interrogas, an esse me sciam rationale animal atque mortale? Scio, et id me esse confiteor. Et illa. Nihilne aliud te esse nouisti? Nihil. Iam scio inquit

morbi tui aliam uel maximam causam. Quid ipse sis nosse desisti.
Quare plenissime uel aegritudinis tuae rationem uel aditum reconcilian-
dae sospitatis inueni. Nam quoniam tui obliuione confunderis, et
exulem te et expoliatum propriis bonis esse doluisti. Quoniam uero quis sit
rerum finis ignoras, nequam homines atque nefarios potentes fe-
licesque arbitraris. Quoniam uero quibus gubernaculis mundus regatur
oblitus es, has fortunarum uices aestimas sine rectore fluitare.
Magnae non ad morbum modo uerum ad interitum quoque causae.
Sed sospitatis auctori grates, quod te nondum totum natura de-
stituit. Habemus maximum tuae fomitem salutis, ueram de mun-
di gubernatione sententiam, quod eam non casuum temeritati, sed diui-
nae rationi subditam credis. Nihil igitur pertimescas. Iam tibi ex hac
minima scintillula uitalis calor illuxerit. Sed quoniam firmioribus
remediis nondum tempus est, et eam mentium constat esse naturam, ut quotiens
abiecerint ueras, falsis opinionibus induantur. Ex quibus orta pertur-
bationum caligo uerum illum confundit intuitum. Hanc paulisper
lenibus mediocribusque fomentis attenuare temptabo. Ut dimotis
fallacium affectionum tenebris, splendorem uerae lucis possis agnoscere.

Nubibus atris condita nullum fundere possunt sidera lumen.
Si mare uoluens turbidus auster misceat aestum, uitrea dudum
parque serenis unda diebus mox resoluto sordida caeno uisibus obstat.
Quique uagatur montibus altis defluus amnis, saepe resistit rupe soluti
obice saxi. Tu quoque si uis lumine claro cernere uerum, tramite recto
carpe callem. Gaudia pelle. Pelle timorem. Spemque fugato.
Nec dolor adsit. Nubila mens est, uinctaque frenis, haec ubi regnant.

Anicii Manlii Seuerini Boetii exconsule ordinarii patricii
philosophiae consolationis explicit liber I. Incipit liber II.

Post haec paulisper obticuit atque ubi attentionem meam modesta
taciturnitate collegit, sic exorsa est. Si penitus aegritudinis
tuae causas habitumque cognoui, fortunae prioris affectu desi-
derioque tabescis. Ea tantum animi tui sicuti tibi fingis

mutata peruertit. Intellego multiformes illius prodigii fucos.
& eo usque cum his quos eludere nititur blandissimam familiaritatem
dum intolerabili dolore confundat quos insperata relique-
rit. Cuius si naturam mores ac meritum reminiscare. nec habuisse
te in ea pulchrum aliquid nec amisisse cognosces. Sed ut arbitror
haud multum tibi haec in memoriam reuocare laborauerim. Sole-
bas enim presentem quoque blandientemque uirilibus incessere uerbis.
eamque de nostro adito prolatis insectabare sententiis. Uerum omnis
subita mutatio rerum. non sine quodam quasi fluctu contingit
animorum. Sic factum est. ut tu quoque paulisper a tua tranquillitate
descisceres. Sed tempus est haurire te aliquid ac degustare molle
atque iocundum quod ad interiora transmissum ualidioribus hau-
stibus uiam fecerit. Adsit igitur rethorice suadela dulcedinis. que
tum tantum recto calle procedit cum nostra instituta non deserit.
Cumque hac musica laris nostri uernacula nunc leuiores
nunc grauiores modos succinat. Quid est igitur o homo quod te
in moestitiam luctumque deiecit. Nouum credo aliquid inusitatumque
uidisti. Tu fortunam putas erga te esse mutatam. Erras. Hi sem-
per eius mores sunt ista natura. Seruauit circa te propriam potius
in ipsa sui mutabilitate constantiam. Talis erat cum blandiebatur.
cum tibi falsae inlecebris felicitatis alluderet. Dephendisti
caeci numinis ambiguos uultus. Que sese adhuc uelat
aliis. tota tibi prorsus innotuit. Si probas utere. Moribus
ne queraris. Si perfidiam perhorrescis. sperne atque abice
perniciose ludentem. Nam que nunc tibi est tanti causa
meroris. hec eadem tranquillitatis esse debuisset. Reliquit
enim te quam non relicturam nemo umquam poterit esse securus.
An uero tu pretiosam estimas abituram felicitatem. & cara
tibi est fortuna presens. nec manendi fida. & cum discesse-
rit adlatura merorem. Quod si nec ex arbitrio reti-
neri potest. & calamitosos fugiens facit. quid aliud

fugacem quam futurę quaedam calamitatis indicium. Neque enim quod ante oculos situm est suffecerit intueri. Rerum exitus prudentia metitur eademque in alterutro mutabilitas nec formidandas fortunę minas nec exoptandas facit esse blanditias. Postremo equo animo toleres oportet quicquid intra fortunę aream geritur, cum semel iugo eius colla submiseris. Quod si manendi abeundique scribere legem velis ei quam tu tibi dominam sponte legisti, nonne iniurius fueris et inpatientia sortem exacerbes quam permutare non possis? Si ventis vela committeres, non quo voluntas peteret sed quo flatus impellerent promoveres. Si arvis semina crederes, feraces inter se annos sterilesque pensares. Fortunę te regendum dedisti; dominę moribus oportet obtemperes. Tu vero volventis rotę impetum retinere conaris? At omnium mortalium stolidissime, si manere incipit fors esse desistit.

Metrum iambicum ipponacticum

Haec cum superba verterit vices dextra
Et estuantis more fertur Euripi,
Dudum tremendos seva proterit reges
Humilemque victi sublevat fallax vultum.
Non illa miseros audit aut curat fletus
Ultroque gemitus dura quos fecit ridet.
Sic illa ludit, sic suas probat vires
Magnumque suis monstrat ostentum, si quis
Visatur una stratus ac felix hora.

Vellem autem pauca tecum fortunę ipsius verbis agitare. Tu igitur an ius postulet animadverte. Quid tu homo ream me cotidianis agis querelis? Quam tibi fecimus iniuriam? Que tua tibi detraximus bona? Quovis iudice de opum dignitatumque mecum possessione contende. Et si cuiusquam mortalium proprium quid horum esse monstraveris, ego iam tua fuisse que repetis sponte concedam. Cum te matris utero natura produxit, nudum rebus omnibus inopemque suscepi, meis opibus fovi, et quod te nunc inpatientem nostri facit, favore prona indulgentius educavi, omnium que mei iuris sunt affluentia et splendore circumdedi. Nunc mihi retrahere manum libet. Habes gratiam velut usus alienis, non habes ius querelę tamquam prorsus tua perdideris. Quid igitur ingemiscis? Nulla tibi a nobis est allata violentia. Opes honores ceteraque talium mei sunt iuris. Dominam famule cognoscunt; mecum veniunt, me abeunte discedunt. Audacter ad

firmem. Si tua forent quae amissa conquereris nullo modo perdidisses. An ego
sola meum ius exercere prohibebor? Licet caelo proferre lucidos dies eosdemque
tenebrosis noctibus condere. Licet anno terrae vultum nunc floribus frugibusque
redimire nunc nimbis frigoribusque confundere. Ius est mari nunc
strato aequore blandiri nunc procellis ac fluctibus inhorrescere. Nos ad
constantiam nostris moribus alienam inexpleta hominum cupiditas alliga-
bit? Haec nostra vis est. Hunc continuum ludum ludimus. Rotam volubili
orbe versamus. Infima summis summa infimis mutare gaudemus. Ascende
si placet, sed ea lege ne uti cum ludicri mei ratio poscet descendere iniu-
riam putes. An tu mores ignorabas meos? Nesciebas Croesum regem Lydorum
Cyro paulo ante formidabilem mox deinde miserabilem rogi flammis traditum
misso caelitus imbre defensum? Num te praeterit Paulum Persi regis a se capti ca-
lamitatibus pias impendisse lacrimas? Quid tragoediarum clamor
aliud deflet nisi indiscreto ictu fortunam felicia regna vertentem?
Nonne adolescentulus ΔΟΙΟΥΣ ΠΙΘΟΥΣ ΤΟΝ ΜΕΝ ΕΝΑ ΚΑΚΩΝ
ΤΟΝ Δ ΕΤΕΡΟΝ ΕΑΩΝ in Iovis limine iacere didicisti? Quid si uberius
de bonorum parte sumpsisti? Quid si a te non tota discessi? Quid si haec ipsa
mei mutabilitas iusta tibi causa est sperandi meliora? Tamen ne animo contabescas
et intra commune omnibus regnum locatus proprio vivere iure desideres.

Si quantas rapidis flatibus incitus / Pontus versat harenas / Aut quot stelliferis
edita noctibus / Caelo sidera fulgent / Tantas fundat opes nec retrahat
manum / Pleno copia cornu / Humanum miseras haud ideo genus / Cesset
flere querelas. / Quamvis vota libens excipiat deus / Multi prodigus auri / Et claris
avidos ornet honoribus / Nil iam parta videntur / Sed quaesita vorans
saeva rapacitas / Altos pandit hiatus. / Quae iam praecipitem frena cupidinem /
Certo fine retentent / Largis cum potius muneribus fluens / Sitis ardescit
habendi? / Numquam dives agit qui trepidus gemens / Sese credit egentem.

His igitur si pro se tecum fortuna loqueretur quid profecto contra hisceres non
haberes. Aut si quid est quo querelam tuam iure tuearis proferas
oportet. Dabimus dicendi locum. Tum ego: Speciosa quidem ista sunt inquam
oblitaque rhetoricae ac musicae melle dulcedinis. Tum tantum

cum audiuntur oblectant. sed miseris malorum altior sensus est. Itaque cum
hec auribus insonare desierint. insitus animum meror pregrauat. Et illa. Ita
est inquit. Hec enim nondum morbi tui remedia. sed adhuc contumacis aduer
sus curationis dolores fomenta quedam sunt. Nam que in profundum
se se penetrant. cum tempestiuum fuerit admouebo. Verumtamen ne te existi
mari miserum uelis. An numerum modumque tue felicitatis oblitus es? Taceo
quod desolatum parente summorum te uirorum cura suscepit. delectusque in affini
tatem principum ciuitatis. quod pretiosissimum propinquitatis genus est. prius carus
quam proximus esse cepisti. Quis non te felicissimum cum tanto splendore socerorum.
cum coniugis pudore. cum masculae quoque prolis oportunitate predicauit?
Pretereo. libet enim preterire communia. sumptas in adulescentia negatas
senibus dignitates. ad singularem felicitatis tue cumulum uenire
delectat. Si quis rerum mortalium fructus ullum beatitudinis pondus
habet. poteritne illius memoria lucis quantalibet ingruentium
malorum mole deleri. Cum duos pariter consules liberos tuos domo prouehi
sub frequentia patrum. sub plebis alacritate uidisti. Cum eisdem
in curia curules insidentibus. tu regie laudis orator ingenii gloriam fa
cundieque meruisti. Cum in circo duorum medius consulum circumfuse
multitudinis expectationem triumphali largitione satiasti.
Dedisti ut opinor uerba fortune. dum te illa demulcet. dum te
ut delicias suas fouet. munus quod nulli umquam priuato commodauerat
abstulisti. Visne igitur cum fortuna calculum ponere? Nunc te primum liuenti
oculo perstrinxit. Si numerum modumque letorum tristiumve consideres.
Adhuc te felicem negare non possis. Quod si idcirco te fortunatum
esse non estimes. quoniam que tunc leta uidebantur abierunt. non est quod te miserum putes.
quoniam que nunc creduntur mesta pretereunt. An tu in hanc uite scenam
nunc primum subitus hospesque uenisti? Ullamne humanis rebus inesse constan
tiam reris. cum ipsum sepe hominem uelox hora dissoluat? Nam etsi rara
est fortuitis manendi fides. ultimus tamen uite dies mors quedam
fortune est etiam manentis. Quid igitur referre putas. tune illam
moriendo deseras. an te illa fugiendo. Metrum saphicum

Cum polo phebus roseis quadrigis. Lucem spargere cepit. Pallet
albentes hebetata uultus. flammis stella prementibus. Cum nemus
flatu zephiri tepentis. Uernis inrubuit rosis. Spiret in-
sanum nebulosus auster. Iam spinis abeat decus. Sepe tran-
quillo radiat sereno. Inmotis mare fluctibus. Sepe feruentes
aquilo procellas. Uerso concitat equore. Rara si constat sua forma
mundo. Si tantas uariat uices. Crede fortunis hominum ca-
ducis. Bonis crede fugacibus. Constat eterna positumque lege est.
Ut constet genitum nihil.

Tum ego. Uera inquam commemoras o uirtutum omnium nutrix. nec
inficiari possum prosperitatis meę uelocissimum cursum. Sed hoc est
quod recolentem uehementius coquit. Nam in omni aduersitate fortunę
infelicissimum est genus infortunii fuisse felicem. Sed quod tu inquit falsę
opinionis supplicium luas. id rebus iure imputare non possis. Nam
si te hoc inane nomen fortuitę felicitatis mouet. quam pluri-
bus maximisque habundes mecum reputes licet. Igitur si quod in omni
fortunę tuę censu pretiosissimum possidebas. id tibi diuinitus in-
lesum adhuc inuiolatumque seruatur. Poterisne meliora quęque
retinens de infortunio iure causari? Atqui uiget incolumis
illud pretiosissimum generis humani decus Symmachus socer. & quod
uitę pretio non segnis emeres. uir totus ex sapientia uirtutibusque
factus. suarum securus. tuis ingemescit iniuriis. Uiuit uxor
ingenio modesta. pudore pudicitię precellens. & ut omnes eius dotes breuiter
includam patri similis. Uiuit inquam tibique tantum uitę huius
exosa spiritum seruat. Quoque uno felicitatem minui
tuam uel ipsa concesserim. tuo desiderio lacrimis ac dolore
tabescit. Quid dicam liberos consulares. quorum iam ut in id etatis
pueris uel paterni uel auiti specimen elucet ingenii. Cum igitur
precipua sit mortalibus uitę cura retinendę. o te si tua
bona cognoscas felicem. cui suppetunt etiam nunc quę
uita nemo dubitat esse cariora. Quare sicca iam lacrimas.

179

Nondum est ad unum omnis exosa fortuna. nec tibi nimium ua-
lida tempestas incubuit. quando tenaces herent anchore.
que nec presentis solamen. nec futuri spem temporis abesse patiantur.
& hereant inquam precor. Illis namque manentibus utcumque se
res habeant enatabimus. Sed quantum ornamentis nostris deces-
serit uides. Et illa. Promouimus inquit aliquantum si te
nondum totius tue sortis piget. Sed delicias tuas ferre non possum.
que abesse aliquid tue beatitudini tam luctuosus atque anxius conque-
raris. Quis est enim tam composite felicitatis ut non aliqua
ex parte cum status sui qualitate rixetur. Anxia enim res est hu-
manorum conditio bonorum. & que uel nunquam tota proueniat.
uel nunquam perpetua subsistat. huic census exuberat. sed est pudori
degener sanguis. hunc nobilitas notum facit. sed angustia rei
familiaris inclusus esse mallet ignotus. Ille utroque circumfluus.
uitam celibem deflet. Ille nuptiis felix. orbus liberis alieno censum
nutrit heredi. Alius prole letatus filii filiaeue delictis mestus
illacrimat. Idcirco nemo facile cum fortune sue condicione concor-
dat. Inest enim singulis quod inexpertus ignoret. & expertus exhorreat.
Adde quod felicissimi cuiusque delicatissimus sensus est. & nisi ad nutum
cuncta suppetant. omnis aduersitatis insolens. minimis quibusque
prosternitur. Adeo perexigua sunt que fortunatissimis beatitudinis
summa detrahunt. Quam multos esse coniectas. qui sese celo proxi-
mos arbitrentur. si de fortune tue reliquiis pars eis minima
contingat. Hic ipse locus quem tu exilium uocas. incolentibus
patria est. Adeo nihil est miserum nisi cum putes. Contraque
beata sors omnis est equanimitate tolerantis. Quis est ille
tam felix. qui cum dederit impatientie manus. statum suum mutare
non optet. Quam multis amaritudinibus humane felicitatis
dulcedo respersa est. Que si etiam fruenti iocunda esse uideatur.
tamen quominus cum uelit abeat. retineri non possit. Liquet igitur
quam sit mortalium rerum misera beatitudo. que nec apud equanimos

ppetua durat. nec anxios tota delectat. Quid ergo o mortales
extra petitis intra uos positam felicitatem? Error uos inscitiaq;
confundit. Ostendam breuiter tibi summe cardinem felicitatis. Estne
aliquid tibi te ipso preciosius? Nihil inquies. Igitur si tui compos fueris.
possidebis quod nec tu amittere umquam uelis. nec fortuna possit
auferre. Atque ut cognoscas in his fortuitis rebus beatitudinem
constare non posse. sic collige. Si beatitudo est summum nature bonum ratione
degentis. nec est summum bonum quod eripi ullo modo potest. quoniam precellit
id quod nequeat auferri. Manifestum est quoniam ad beatitudinem percipien
dam fortune instabilitas aspirare non possit. Ad hec quem caduca
ista felicitas uehit. uel scit eam uel nescit esse mutabilem. Si nescit quenam
beata sors esse potest ignorantie cecitate? Si scit metuat necesse
est ne amittat quod amitti posse non dubitat. Quare continuus
timor non sinit esse felicem. An uel si amiserit neglegendum putat?
Sic quoque perexile bonum est quod equo animo feratur amissum. Et quoniam tu
idem es cui persuasum atque insitum multis demonstrationibus scio
mentes hominum nullo modo esse mortales. Cumque clarum sit fortuitam fe
licitatem corporis morte finiri. dubitari nequit si hec afferre beat
itudinem potest. quin omne mortalium genus in miseriam mortis fine
labatur. Quod si multos scimus beatitudinis fructum non morte solum
uerum etiam doloribus suppliciisque quesisse. quonam modo presens
facere beatos potest. que miseros transacta non efficit?

Quisquis uolet perhennem. Cautus ponere sedem. Stabilisque
Nec sonori. Sterni flatibus euri. Et fluctibus minantem
Curat spernere pontum. Montis cacumen alti. Bibulas uitet harenas.
Illud proteruus auster. Totis uiribus urget. He pendulum solute
Pondus ferre recusant. Fugiens periculosam. Sortem sedis amene
Humili domum memento. Certus figere saxo. Quamuis tonet
ruinis. Miscens equora uentus. Tu conditus quieti. Felix robore
ualli. Duces serenum euum. Ridens etheris iras.

Sed quoniam rationum iam in te mearum fomenta descendunt paulo

ornamentis existimatis alienis. At id fieri nequit. Nam si quid ex appositis luceat. ipsa quidem que sunt apposita laudantur. Illud uero his tectum atque uelatum in sua nihilominus foeditate perdurat. Ego uero nego ullum esse bonum quod noceat habenti. Num id mentior? Minime inquis. Atqui diuitie possidentibus persepe nocuerunt. cum pessimus quisque eoque alieni magis auidus quicquid usquam auri gemmarumque est se solum qui habeat dignissimum putat. Tu igitur qui nunc contum gladiumque sollicitus pertimescis. si uite huius callem uacuus uiator intrasses. coram latrone cantares. O preclara opum mortalium beatitudo quam cum adeptus fueris securus esse desistis.

Metrum quintum

Felix nimium prior etas. Contenta fidelibus aruis. Nec inerti perdita luxu. Facili que sera solebat. ieiunia soluere glande. Non bachica munera norant. Liquido confundere melle. Nec lucida uellera serum. Tyrio miscere ueneno. Somnos dabat herba salubres. Potum quoque lubricus amnis. Umbras altissima pinus. Nondum maris alta secabat. Nec mercibus undique lectis Noua litora uiderat hospes. Tunc classica seua tacebant. Odiis neque fusus acerbis. Cruor horrida tinxerat arua. Quid enim furor hosticus ulla. Uellet prior arma mouere. Cum uulnera seua uiderent. Nec premia sanguinis ulla. Utinam modo nostra redirent in mores tempora priscos. Sed seuior ignibus ethne. feruens amor ardet habendi. Heu primus quis fuit ille. Auri qui pondera tecti. Gemmasque latere uolentes. Pretiosa pericula fodit.

Quid autem de dignitatibus potentiaque disseram. que uos uere dignitatis ac potestatis inscii celo exequatis. Que si in improbissimum quemque ceciderint. que flammis ethne eructantibus. quod diluuium tantas strages dederit. Certe uti meminisse te arbitror. consulare imperium quod libertatis principium fuerat. ob superbiam consulum uestri ueteres abolere cupiuerunt. Qui ob eandem superbiam prius regium de ciuitate nomen abstulerant. At si quando quod perrarum est probis deferantur, quid in eis aliud quam probitas utentium placet. Ita fit ut non uirtu

tibus ex dignitate sed ex uirtute dignitatibus honor accedat. Quae uero
est ista uestra expetabilis ac praeclara potentia? Nonne o terrena ani
malia consideratis quibus qui praesidere uideamini? Nunc si inter mures
uideres unum aliquem ius sibi ac potestatem praeceteris uendicantem, quanto
moueteris cachinno. Quid uero si corpus spectes inbecillius homine reperire queas.
Quos saepe muscularum quoque uel morsus uel in secreta quaeque reptantium necat
introitus. Quo uero quisquam ius aliquid in quempiam nisi in solum corpus et quod infra corpus est
fortunam loquor possit exerere. Num quicquam libero imperabis animo. Num mentem
firma sibi ratione cohaerentem de statu propriae quietis amouebis. Cum liberum
quendam uirum suppliciis se tyrannus adacturum putaret ut aduersum
se factae coniurationis conscios proderet, linguam ille momordit atque ab
scidit et in os tyranni saeuientis abiecit, ita cruciatus quos putabat tyrannus
materiam crudelitatis, uir sapiens fecit esse uirtutis. Quid autem est quod in alium
facere quisque possit quod sustinere ab alio ipse non possit. Busiridem accepimus
necare hospites solitum ab Hercule hospite fuisse mactatum. Regulus
plures Poenorum bello captos in uincla coniecerat, sed mox ipse uictorum
catenis manus praebuit. Ullamne igitur eius hominis potentiam putas qui quod ipse
in alio potest, ne id in se alter ualeat efficere non possit. Ad haec si ipsis
dignitatibus ac potestatibus inesset aliquid naturalis ac proprii boni,
numquam pessimis prouenirent. Neque enim sibi solent aduersa sociari.
Natura respuit ut contraria quaeque iungantur. Ita cum pessimos plerumque
dignitatibus fungi dubium non sit, illud etiam liquet natura sui bona non esse
quae se pessimis haerere patiantur. Quod quidem de cunctis fortunae muneribus
dignius existimari potest, quae ad improbissimum quemque uberiora perueniunt.
De quibus illud etiam considerandum puto, quod nemo dubitat esse fortem cui fortitudi
nem inesse conspexerit, et cuicumque uelocitas adest manifestum est esse uelocem. Sic musica
quidem musicos, medicina medicos, rethorica rethores facit. Agit enim
cuiusque rei natura quod proprium est nec contrariarum rerum miscetur effectibus et ultro
quae sunt aduersa depellit. Atqui nec opes inexpletam restinguere auari
tiam queunt nec potestas compotem sui fecerit quem uitiosae libidines
insolubilibus astrictum retinent catenis. Et collata improbis dignitas

non efficit dignos. Sed prodit potius et ostentat indignos. Cur ita provenit? Gaudent enim res sese aliter habentes falsis compellare nominibus quae facile ipsarum rerum redarguuntur effectu. Itaque nec illae divitiae nec illa potentia nec haec dignitas iure appellari potest. Postremo idem de tota concludere fortuna licet in qua nihil expetendum, nihil nativae bonitatis inesse manifestum est. Quae nec se bonis semper adiungit et bonos quibus fuerit adiuncta non efficit.

Metrum saphicum.

Novimus quantas dederit ruinas
Urbe flammata patribusque caesis
Fratre qui quondam ferus interempto
Matris effuso maduit cruore
Corpus et visu gelidum pererrans
Ora non tinxit lacrimis sed esse
Censor extincti potuit decoris.
Hic tamen sceptro populos regebat
Quos videt condens radios sub undas
Phoebus extremo veniens ab ortu,
Quos premunt septem gelidi triones,
Quos notus sicco violentus aestu
Torret ardentes recoquens harenas.
Celsa num tandem valuit potestas
Vertere pravi rabiem Neronis?
Heu gravem sortem quotiens iniquus
Additur saevo gladius veneno.

Tum ego: Scis, inquam, ipsa minimum nobis ambitionem mortalium rerum fuisse dominatam. Sed materiam gerendis rebus optavimus quo ne virtus tacita consenesceret. Et illa: Atqui hoc unum est quod praestantes quidem natura mentes sed nondum ad extremam manum virtutum perfectione perductas allicere possit, gloriae scilicet cupido et optimorum in rem publicam fama meritorum. Quae quam sit exilis et totius vacua ponderis sic considera. Omnem terrae ambitum sicuti astrologicis demonstrationibus accepisti ad caeli spatium puncti constat obtinere rationem, id est ut si ad caelestis globi magnitudinem conferatur nihil spatii prorsus habere iudicetur. Huius igitur tam exiguae in mundo regionis quarta fere portio est, sicut Ptolomaeo probante didicisti, quae nobis cognitis animantibus incolatur. Huic quartae si quantum maria paludesque premunt quantumque siti vasta regio distenditur cogitatione subtraxeris, vix angustissima inhabitandi hominibus area relinquetur. In hoc igitur minimo puncti quodam puncto circumsaepti atque conclusi de pervulganda fama, de proferendo nomine cogitatis? Ut quid habeat amplum magnificumque gloria tam angustis exiguisque limitibus

arcata. Adde quod hoc ipsum brevis habitaculi septum plures incolunt
nationes lingua moribus totius vitae ratione distantes. Ad quas
tum difficultate itinerum tum loquendi diversitate tum commer-
cii insolentia non modo fama hominum singulorum sed ne urbium quidem per-
venire queat. Aetate denique M. Tullii sicut ipse quodam loco signifi-
cat nondum caucasum montem romanae rei publicae fama transcende-
rat. Et erat tunc adulta parthis etiam ceterisque id locorum gentibus
formidolosa. Videsne igitur quam sit angusta quam compressa gloria quam di-
latare ac propagare laboratis? An ubi romani nominis
transire fama nequit romani hominis gloria progredietur? Quid quod diversa-
rum gentium mores inter se atque instituta discordant ut quod apud alios
laude apud alios supplicio dignum iudicetur. Quo fit ut quem
famae praedicatio delectat huic in plurimos populos nomen proferre
nullo modo conducat. Erit igitur pervagata inter suos gloria quisque contentus
et intra unius gentis terminos praeclara illa famae immortalitas
coartabitur. Sed quam multos clarissimos suis temporibus viros
scriptorum inops delevit oblivio. Quamquam quid ipsa scripta proficiant
quae cum suis auctoribus premit longior atque obscura vetustas.
Vos vero immortalitatem vobis propagare videmini cum futuri famam
temporis cogitatis. Quod si aeternitatis infinita spatia pertractes quid
habes quod de nominis tui diuturnitate laeteris? Unius etenim mora
momenti si decem milibus conferatur annis quoniam utrumque spatium
definitum est minimam licet habet tamen aliquam portionem.
At hic ipse numerus annorum eiusque quamlibet multiplex ad interminabilem
diuturnitatem ne comparari quidem potest. Etenim finitis ad se invicem
fuerit quaedam infiniti vero atque finiti nulla umquam poterit esse colla-
tio. Ita fit ut quamlibet prolixi temporis fama si cum inexhausta aeter-
nitate cogitetur non parva sed plane nulla esse videatur. Vos autem nisi
ad populares auras inanesque rumores recte facere nescitis.
Et relicta conscientiae virtutisque praestantia de alienis praemia
sermunculis postulatis. Accipe in huius modi arrogantiae levit

187 182

tate quã festiue aliqs inluserit. Nam cũ qdã adortus eet
hoĩe contumeliis q n ad uerę uirtutis usũ sed ad supbã glã
falsũ sibi philosophi nom induerat. adiecissetq; iã se scitũ-
an ille philosophus eet. Siqdẽ illatas iniurias leniť pati-
entq; tolerasset. ille patientia paulisp assumpsit. Acceptaq;
cõtumelia. uelut insultans iã tandẽ inqt intellegis me eẽ philoso-
phũ. Tũ ille nimiũ mordacit. Intellexerã inqt. si tacuisses.
Qd ĥ est q ad pcipuos uiros. De his eni sermo ẽ. q uirtute
glã petunt. qd inq ẽ. q ad hos de fama p resolutũ morte suprema
corp attineat. Nã si q nrę rationes credi uetant. toti mori-
unt hoĩes. nulla ẽ omino glã cũ is cui ea ee dr n extat omino.
Sin uo bene sibi mens cscia trẽno carcere soluta celũ libã petit.
Nonne omẽ trenũ negotiũ spnit. quę se celo fruens trenis
gaudet exemptã.

Metrũ iambicũ archilociũ.

Quicũq; solã mte pcipiti petit. Sũmũq; credit glã. Late paten-
tes aetheris cernat plagas. Artũq; trarũ situ. Breuẽ replere nõ ua-
lentis ambitũ. Pudebit aucti nois. Qd o supbi colla mortali iugo.
Frustra leuare gestiunt. Lic& remotos fama p populos means.
Diffusa linguas explic& & magna titul fulgeat claris domus.
Mors spnit altã glãm. Inuoluit humile parit & celsũ caput.
Aequatq; sũmis infima. Ubi nc fidelis ossa fabricii manent.
Quid brutus aut rigidus cato. Signat sups tes fama tenuis pauculis.
Inane nom litťis. Sed q decora nouim uocabula. Nũ scire csũptos dat.
Iacetis ergo pr sus ignorabiles. Nec fama notos effic. Qd si putatis longi uitã trahi.
Mortalis aura nois. Cũ sera uobis rapiet hoc etiã dies. Iã uos scdã mors man&.

Sed ne me inexorabile ctra fortunã gerere bellũ putes. ẽ aliqñdo cũ de
hoĩb; fallax illa n nihil bene mereat. Tũ scilic& cũ se apit. cũ frontẽ
detegit moresq; pfit&. Nõdũ forte qd loqr intellegis. Mirũ est q
dicere gestio. eoq; sententiã uerbis explicare uix queo. Etení pl
hoĩb; reor aduersã q pspã pdeẽ fortunã. Illa eni sẽp specie feli-
citatis cũ uidet blanda mtit. Hec sẽp uera ẽ. cũ se instabilẽ

mutatione demonstrat. Illa fallit. Haec instruit. Illa mendacium
specie bonorum mentes fruentium ligat. Haec cognitione fragilis feli
citatis absoluit. Itaque illam uideas uentosam fluentem suique semper ignaram.
Hanc sobriam succinctamque & ipsius aduersitatis exercitatione prudentem.
Postremo felix a uero bono deuios blanditiis trahit. Aduersa
plerumque ad uera bona reduces unco retrahit. An hoc inter minima aesti
mandum putas quod amicorum tibi fidelium mentes haec aspera haec horribilis fortuna
detexit? Haec tibi certos sodalium uultus ambiguosque secreuit. Discedens
suos abstulit tuos reliquit. Quanti hoc integer & ut uidebaris tibi fortuna
tus emisses. Nunc & amissas opes quaere. Quod pretiosissimum diuitiarum
genus est amicos inuenisti. Metrum glyconium.

Quod mundus stabili fide. Concordes uariat uices. Quod pugnantia semina
foedus perpetuum tenent. Quod phoebus roseum diem. Curru prouehit aureo.
Ut quas duxerit hesperus. Phoebe noctibus imperet. Ut fluctus auidum mare.
Certo fine coherceat. Ne terris liceat uagis. Latos tendere terminos.
Hanc rerum seriem ligat. Terras ac pelagus regens. Et caelo imperitans amor.
Hic si frena remiserit. Quicquid nunc amat inuicem. Bellum continuo geret.
Et quam nunc socia fide. Pulchris motibus incitant. Certent soluere machinam.
Hic sanctos populos quoque. Iunctos foedere continet. Hic & coniugii sacrum. Castis nec
tit amoribus. Hic fidis etiam sua. Dictat iura sodalibus. O felix hominum genus.
Si uestros animos amor. Quo caelum regitur regat. Anicii manlii seue

rini boetii exconsule ordinarii patricii philosophiae consola
tionis explicit liber II. Incipit liber tertius.

Iam cantum illa finierat, cum me audiendi auidum stupentemque arrectis adhuc
auribus carminis mulcedo defixerat. Itaque paulo post. O inquam summum
lassorum solamen animorum quam tu me uel sententiarum pondere uel canendi
etiam iucunditate refouisti. Adeo ut iam me post haec imparem fortunae
ictibus esse non arbitrer. Itaque remedia quae paulo acriora esse dice
bas non modo non perhorresco sed audiendi auidus uehementer efflagito.
Tum illa. Sensi inquit cum uerba nostra tacitus attentusque rapiebas.
Eumque tuae mentis habitum uel expectaui uel quod est uerius ipsa perfeci.

183

Talia sunt quippe quae restant ut degustata quidem mordeant, interius recepta dulcescant. Sed quod tu te audiendi cupidum dicis, quanto ardore flagrares si quonam te ducere aggrediamur agnosceres. Quonam inquam. Ad veram felicitatem quam tuus quoque somniat animus. Sed occupato ad imagines visu ipsam illam non potest intueri. Tum ego. Fac obsecro et quae illa vera sit sine cunctatione demonstra. Faciam inquit illa tui causa libenter. Sed quae tibi causa notior est, eam prius verbis designare atque informare conabor, ut ea perspecta cum in contrariam partem flexeris oculos, verae specimen beatitudinis possis agnoscere. Metrum

Qui serere ingenuum volet agrum, liberat arva prius fruticibus,
falce rubos filicemque resecat, ut nova fruge gravis Ceres eat.
Dulcior est apium mage labor, si malus ora prius sapor edat.
Gratius astra nitent ubi Notus desinit imbriferos dare sonos.
Lucifer ut tenebras pepulerit, pulchra dies roseos agit equos.
Tu quoque falsa tuens bona prius incipe colla iugo retrahere.
Vera dehinc animum subierint.

Tum defixo paululum visu et velut in augustam suae mentis sedem recepta sic coepit. Omnis mortalium cura quam multiplicium studiorum labor exercet, diverso quidem calle procedit, sed ad unum tamen beatitudinis finem nititur pervenire. Id autem est bonum quo quis adepto nihil ulterius desiderare queat. Quod quidem est omnium summum bonorum, cunctaque intra se bona continens. Cui si quid aforet summum esse non posset, quoniam relinqueretur extrinsecus quod posset optari. Liquet igitur esse beatitudinem statum bonorum omnium congregatione perfectum. Hunc uti diximus diverso tramite mortales omnes conantur adipisci. Est enim mentibus hominum veri boni naturaliter inserta cupiditas, sed ad falsa devius error abducit. Quorum quidem alii summum bonum esse nihilo indigere credentes ut divitiis affluant elaborant. Alii vero bonum quod sit dignissimum veneratione iudicantes adeptis honoribus reverendi civibus suis esse nituntur. Sunt qui summum bonum in summa potentia esse constituunt. Hi vel regnare ipsi

uolunt. uel regnantibus adherere conantur. At quibus optimum quoddam cla
ritas uidetur. hi uel belli uel pacis artibus gloriosum nomen propagare
festinant. Plurimi uero boni fructum gaudio letitiaque metiuntur.
hi felicissimum putant uoluptate diffluere. Sunt etiam qui horum fines
causasque alterutro permutent. Qui diuitias uoluptatesque ob potentiam
desiderant. uel qui potentiam seu pecunie causa seu proferendi nominis
petunt. In his igitur ceterisque talibus humanorum actuum uotorumque uersatur
intentio. ueluti nobilitas fauorque popularis que uidentur quandam clari
tudinem comparare. Uxor ac liberi que iocunditatis gratia petuntur.
Amicorum quod sanctissimum quidem genus est non in fortuna sed in uirtute nume
rant. Reliquum uero uel potentie causa uel delectationis assumitur. Iam
uero corporis bona promptum est ut ad superiora referantur. Robur enim
magnitudoque uidetur prestare ualentiam. Pulchritudo atque uelocitas
celebritatem. Salubritas uoluptatem. Quibus omnibus solam beatitudinem
desiderari liquet. Nam quod quisque pre ceteris petit. id summum esse iudicat bonum.
Sed summum bonum beatitudinem esse definiuimus. Quare beatum esse iudicat
statum quem pre ceteris quisque desiderat. Habes igitur ante oculos propositam
fere formam felicitatis humane. opes. honores. potentiam. gloriam. uolup
tates. Que quidem sola considerans epicurus consequenter sibi summum bonum
uoluptatem esse constituit. quod cetera omnia iocunditatem animo uide
antur afferre. Sed ad hominum studia reuertor. Quorum animus etsi caligante
memoria tamen bonum suum repetit. sed uelut ebrius domum quo tramite reuertatur
ignorat. Num enim uidentur errare hi qui nihilo indigere nituntur? Atqui non est
aliud quod eque perficere beatitudinem possit. quam copiosus bonorum omnium
status. nec alieni egens sed sibi ipse sufficiens. Num uero labuntur hi qui que sint
optima. eadem reuerentie cultu dignissima putent? Minime. Neque
enim uile quiddam contempnendumque est quod adipisci omnium fere mortalium laborat
intentio. An in bonis non est numeranda potentia? Quid igitur? Num imbecillum
ac sine uiribus estimandum est quod omnibus rebus constat esse prestantius? An cla
ritudo nihili pendenda est? Sed sequestrari nequit quin omne quod excellen
tissimum sit id etiam uideatur esse clarissimum. Nam non esse anxiam tristemque beati

tudinē nec dolorib: molestiisq; subiecta. qd attinet dicere quid
inminimis q.q. reb: id appetat̃. q. habet fruiq; delectat. Atq; h̄ s̄
que adipisci hoīes uolunt. eaq; de causa diuitias. dignitates,
regna. glā. uoluptatesq; desiderat. q. phec sibi sufficientiā. reue
rentiā. potentiā. celebritatē. letitiā. credunt ēē uenturā.
Bonū ē ḡ q tā diuersis studiis hoīes petunt. In q̄ quanta sit naturae
uis. facile monstrat̃ cū licet uariae dissidentesq; sententiae tamen
indiligendo boni fine cōsentiunt. Metrū anapesticū pindaricū

Quantas rerū flectat habenas. Natura potens qb: inmensum. Legib:
orbē puida seruet. Stringatq; ligans iresoluto. Singula nexu.
Placet arguto. fidib: lentis pmere cantu. Quamuis poeni pulchra
leones. Uincula gestent. manib:q; datas. Captent escas. metuā
tq; trucē. Soliti uerbera ferre magistrū. Si cruor horrida
tinxerit ora. Resides olim redeunt animi. Fremituq; graui
meminere sui. Laxant nodis colla solutis. Primusq; lacer dente
cruento. Domitor rabidas. imbuit iras. Que canit altis garrula
ramis. Ales caueae clauditur antro. Huic licet inlita pocula melle.
Largasq; dapes dulci studio. Ludens hoīū cura ministret.
Si tam arto saliens texto. Nemorū gratas. uiderit umbras. Sparsas
pedib: ꝓterit escas. Siluas dulci uoce susurrat. Ualidis quondam uirib:
acta. Pronū flectit uirga cacumen. Hanc si curuans dextra remisit.
Recto spectat uertice celū. Cadit hesperias phoeb: in undas. Sed secreto
tramite rursus. Currū solitos. uertit ad ortus. Repetunt ꝓprios
queq; recursus. Redituq; suo singula gaudent. Nec manet ulli
traditus ordo. Nisi q. fini iunxerit ortū. Stabilemq; sui fecerit orbē.

Uos q.q. o terrena animalia. tenui licet imagine. urm tam pncipiū
somniatis. Uerūq; illū beatitudinis finē licet minime pspicaci
qli cūq; tam cogitatione pspicitis. Eoq; uos & ad uerū bonū natalis ducit
intentio. & ab eodē multiplex error abducit. Considera namq;
an pea qb: se hoīes adepturos beatitudinē putant. addestina
tū finē ualeant puenire. Si enim t pecunia t honores cetaq;

ad bonum ... quid afferunt? Cui nihil bonorum abesse uidetur. Nos quoque fatemur
fieri aliquos horum adeptione felices. Quod si neque id ualent efficere
quod promittunt bonisque pluribus carent, nonne liquido falsa in eis beati-
tudinis species deprehenditur? Primum igitur te ipsum qui paulo ante
diuitiis affluebas interrogo: inter illas habundantissimas opes numquamne
animum tuum concepta ex qualibet iniuria confudit anxietas? Atqui
inquam libero me fuisse animo quin aliquid semper angerer reminisci
non queo. Nonne quia uel aberat quod abesse non uelles, uel aderat quod adesse
noluisses? Ita est inquam. Illius igitur praesentiam huius absentiam desiderabas?
Confiteor inquam. Eget uero inquit eo quod quisque desiderat? Eget inquam. Qui uero
eget aliquo non est usquequaque sibi ipse sufficiens? Minime inquam. Tu itaque
hanc insufficientiam plenus inquit opibus sustinebas? Quidni inquam.
Opes igitur nihilo indigentem sufficientemque sibi facere nequeunt,
et hoc erat quod promittere uidebantur. Atqui hoc quoque maxime conside-
randum puto quod nihil habeat suapte natura pecunia ut his a quibus
possidetur inuitis nequeat auferri. Fateor inquam. Quidni fatearis, cum
eam cotidie ualentior aliquis eripiat inuito? Unde enim forenses querimo-
niae nisi quod uel ui uel fraude nolentibus pecuniae repetuntur ereptae?
Ita est inquam. Egebit igitur inquit extrinsecus petito praesidio quo suam
pecuniam quisque tueatur? Quis id inquam neget? Atqui non egeret eo nisi
possideret pecuniam quam posset amittere. Dubitari inquam nequit. In con-
trarium igitur relapsa res est. Nam quae sufficientes sibi facere puta-
bantur opes, alieno potius praesidio faciunt indigentes. Quis autem modus est
quo pellatur diuitiis indigentia? Num enim diuites esurire nequeunt?
Num sitire non possunt? Num frigus hibernum pecuniosorum membra non sentiunt?
Sed adest inquies opulentis quo famem satient, quo sitim frigusque de-
pellant. Sed hoc modo consolari quidem diuitiis indigentia potest,
auferri penitus non potest. Nam si haec hians semper atque aliquid poscens
opibus expletur, maneat necesse est quae possit expleri. Taceo quod naturae
minimum, quod auaritiae nihil satis est. Quare si opes nec submouere
indigentiam possunt et ipsae suam faciunt, quid est quod eas sufficientiam
praestare credatis?

Quamuis fluente diues auri gurgite . Non expleturas cogat auarus opes .
Oneretque bacis colla rubri litoris . Ruraque centeno scindat opima boue .
Nec cura mordax deseret superstitem . Defunctumque leues non comitantur opes .

Sed dignitates honorabilem reuerendumque cui prouenerint reddunt .
Num uis ea est magistratibus ut utentium mentibus uirtutes inserant .
uitia depellant ? Atqui non fugare . sed inlustrare nequitiam solent .
quo fit ut indignemur eas sepe nequissimis hominibus contigisse . Unde
catullus . Licet in curuli . nonium sedentem strumam tamen appellat .
Uidesne quantum malis dedecus adiciant dignitates . Atqui minus eorum
patebit indignitas . si nullis honoribus inclarescant . Tu quoque num tandem
tot periculis adduci potuisti . ut cum decorato gerere magistratum
putares . cum in eo mentem nequissimi scurre delatorisque respiceres .
Non enim possumus ob honores reuerentia dignos iudicare . quos ipsis hono-
ribus iudicamus indignos . At si quem sapientia preditum uideres . num
posses eum uel reuerentia uel ea qua est preditus sapientia non dignum
putare . Minime . Inest enim dignitas propria uirtuti . quam protinus in eos
quibus fuerit adiuncta transfundit . Quod quia populares facere nequeunt
honores . liquet eos propriam dignitatis pulchritudinem non habere .
In quo illud est animaduertendum magis . Nam si eo abiectior est . quo magis
a pluribus quisque contempnitur . cum reuerendos facere nequeat quos
pluribus ostentat . despectiores potius improbos dignitas facit . Uerum
non inpune . Reddunt namque improbi parem dignitatibus uicem . quas sua
contagione commaculant . Atque ut agnoscas ueram illam reuerentiam per has
umbratiles dignitates non posse contingere . si qui multiplici consulatu
functus . in barbaras nationes forte deuenerit . uenerandumne
barbaris honor faciet . Atqui si hoc naturale munus dignitatibus
foret . ab officio suo quoquo gentium nullomodo cessarent . sicut ignis
ubique terrarum numquam tamen calere desistit . Sed quoniam id eis non propria uis
sed hominum fallax annectit opinio . uanescunt ilico . cum ad eos
uenerint . qui dignitates eas esse non estimant . Sed hoc apud
exteras nationes . Inter eos uero apud quos orte sunt . num perpetuo perdurant .

Atqui praetura magna olim potestas. nunc inane nomen et senatorii
census gravis sarcina. si quis quondam populi curasset annonam.
magnus habebatur. Nunc enim praefectura quid abiectius. ut enim paulo ante
diximus quod nihil habet proprii decoris opinione utentium nunc splendorem
accipit. nunc amittit. Si igitur reverendos facere nequeunt digni
tates. si ultro improborum contagione sordescunt. si mutatione
temporum splendere desinunt. si gentium aestimatione vilescunt.
quid est quod in se expetendae pulchritudinis habeant nedum aliis praestent.

Quamvis se tyrio superbus ostro. Metrum phaleucium.
Comeret et niveis lapillis. Invisus tamen omnibus vigebat.
Luxuriae nero saevientis. Sed quondam dabat improbus verendis patribus
indecores curules. Quis illos igitur putet beatos. quos miseri tribuunt honores.

An vero regna regumque familiaritas efficere potentem valet. Quidni
quando eorum felicitas perpetuo perdurat. Atqui plena est exem
plorum vetustas. plena etiam praesens aetas. qui reges felicitatem
calamitate mutaverint. O praeclara potentia quae nec ad con
servationem quidem sui satis efficax invenitur. Quod si haec regnorum potestas
beatitudinis auctor est. nonne si qua parte defuerit. felicitatem
minuat. miseriam importet. Sed quamvis late humana tendantur
imperia. plures necesse est gentes relinqui. quibus regum quisque non imperet.
Qua vero parte beatos faciens desinit potestas. hac impotentia sub
intrat quae miseros facit. Hoc igitur modo maiorem regibus inesse necesse est
miseriae portionem. Expertus sortis suae periculorum tyrannus regni
metus pendentis supra verticem gladii terrore simulavit. Quae est
igitur haec potestas. quae sollicitudinum morsus expellere. quae formidinum
aculeos vitare nequit. Atqui vellent ipsi vixisse securi. sed nequeunt.
Dehinc de potestate gloriantur. An tu potentem censes. quem videas
velle quod non possit efficere. Potentem censes qui satellite latus
ambit. Qui quos terret ipse plus metuit. Qui ut potens esse videatur
in servientium manu situm est. Nam quid ego de regum familiaribus
disseram. cum regna ipsa tantae inbecillitatis plena demonstrem.

Cambridge University Library
Licensed under Creative Commons Attribution-NonCommercial 4.0 Unported License (CC BY-NC 4.0)

quos quidem regia potestas sepe incolumis, sepe autem lapsa prosternit. Nero senecam familiarem preceptoremque suum ad eligende mortis coegit arbitrium. Papinianum diu inter aulicos potentem militum gladiis antoninus obiecit. Atqui uterque potentie sue renuntiare voluerunt. Quorum seneca opes etiam suas tradere neroni, seque in otium conferre conatus est. Sed dum ruituros moles ipsa trahit, neuter quod voluit effecit. Que est igitur ista potentia quam pertimescunt habentes. quam nec cum habere velis tutus sis. et cum deponere cupias vitare non possis. An presidio sunt amici quos non virtus sed fortuna conciliat. Sed quem felicitas amicum fecit, infortunium faciet inimicum. Que vero pestis efficacior ad nocendum quam familiaris inimicus.

Qui se volet esse potentem. Animos domet ille feroces.
Nec victa libidine colla. Fedis summittat habenis.
Etenim licet indica longe. Tellus tua iura tremiscat.
Et serviat ultima thile. Tamen atras pellere curas.
Miserasque fugare querelas. Non posse potentia non est.

Gloria vero quam fallax sepe. quam turpis est. Unde non iniuria tragicus exclamat. ω ΔΟΞΑ ΔΟΞΑ ΜΥΡΙΟΙC ΑΝΤΡΟΠΟΝ ΟΥΔΗΝ ΑΝΗΝ ΠΟΙCΙ ΗΙΟΤΟΝ ΑΚΟΥCΟΝ ΚΟΛΑCΧΗΤΑC. Plures enim magnum sepe nomen falsis vulgi opinionibus abstulerunt. Quo quid turpius excogitari potest. Nam qui falso predicantur, suis ipsi necesse est laudibus erubescant. Que si etiam meritis conquisita sit, quid tamen sapientis adiecerit conscientie. qui bonum suum non populari rumore sed conscientie veritate metitur. Quod si hoc ipsum propagasse nomen pulchrum videtur, consequens est ut fedum non extendisse iudicetur. Sed cum uti paulo ante disserui plures gentes esse necesse sit ad quas unius fama hominis nequeat pervenire, fit ut quem tu estimes esse gloriosum, proxima parte terrarum videatur inglorius. Hic vero popularem gratiam nec commemoratione quidem dignam puto. que nec iudicio provenit. nec umquam firma perdurat. Iam vero quam sit inane. quam futile nobilitatis nomen

Diffinitio nobilitatis

quis non videat? Quae si ad claritudinem refertur, aliena est. Videtur namque
esse nobilitas quaedam de meritis veniens laus parentum. Quod si claritudinem
praedicatio facit, illi sint clari necesse est qui praedicantur. Quare splendidum te
si tuam non habes, aliena claritudo non efficit. Quod si quid est in nobilitate bonum,
id esse arbitror solum, ut imposita nobilibus necessitudo videatur ne
a maiorum virtute degeneret.

Metrum alcmanicum

Omne hominum genus in terris simili surgit ab ortu.
Unus enim rerum pater est. Unus cuncta ministrat.
Ille dedit phoebo radios. Dedit et cornua lunae.
Ille homines etiam terris. Dedit et sidera caelo.
Hic clausit membris animos. Celsa sede petitos.
Mortales igitur cunctos. Edit nobile germen.
Quid genus et proavos strepitis? Si primordia vestra
Auctoremque deum spectes. Nullus degener extat.
Ni vitiis peiora fovens. proprium deserat ortum.

Quid vero de corporis voluptatibus loquar, quarum appetentia quidem
plena est anxietatis; satietas vero poenitentiae. Quantos illae morbos,
quam intolerabiles dolores quasi quendam fructum nequitiae fru-
entium solent referre corporibus. Quarum motus quid habeat iucunditatis
ignoro. Tristes vero esse voluptatum exitus, quisquis reminisci libidinum suarum
volet, intelleget. Quae si beatos explicare possunt, nihil causae est
quin pecudes quoque beatae esse dicantur. Quarum omnis ad explendam corpo-
ralem lacunam festinat intentio. Honestissima quidem coniugis foret libe-
rorumque iucunditas. sed nimis e natura dictum est. nescio quem filios inve-
nisse tortorem. Quorum quam sit mordax quaecumque condicio, neque alias
expertum te, neque nunc anxium necesse est admonere. In quo euripidis mei probo
sententiam, qui carentem liberis infortunio dixit esse felicem.

Metrum anacreontium

Habet hoc voluptas omnis. Stimulis agit fruentes
Apiumque par volantum. Ubi grata mella fudit.
Fugit et nimis tenaci ferit icta corda morsu.

Nihil igitur dubium est. quin hae ad beatitudinem viae, devia quaedam sint.

nec perducere quemquam eo ualeant ad quod se perducturas esse promittunt. Quam uero multis implicite malis sint, breuissime monstrabo. Quid enim? Pecuniamne congregare conaberis? Sed eripies habenti. Dignitatibus fulgere uelis? Danti supplicabis, et qui preire ceteros honore cupis, poscendi humilitate uilesces. Potentiamne desideras? Subiectorum insidiis obnoxius periculis subiacebis. Gloriam petis? Sed per aspera queque distractus securus esse desistis. Uoluptariam uitam degas? Sed quis non spernat atque abiciat uilissime fragilissimeque rei corporis seruum? Iam uero qui bona pre se corporis ferunt, quam exigua, quam fragili possessione nituntur. Num enim elephantos mole, tauros robore superare poteritis? Num tigres uelocitate preibitis? Respicite celi spatium, firmitudinem, celeritatem, et aliquando desinite uilia mirari. Quod quidem celum non his potius est quam sua qua regitur ratione mirandum. Forme uero nitor ut rapidus est, ut uelox, et uernalium florum mutabilitate fugacior. Quod si ut Aristoteles ait lincei oculis homines uterentur, ut eorum uisus obstantia penetraret, nonne introspectis uisceribus illud Alcibiadis superficie pulcherrimum corpus turpissimum uideretur? Igitur te pulchrum uideri non tua natura, sed oculorum spectantium reddit infirmitas. Sed estimate quam uultis nimio corporis bona, dum sciatis hoc quodcumque miramini triduane febris igniculo posse dissolui. Ex quibus omnibus illud redigere in summam licet, quod hec que nec prestare que pollicentur bona possunt, nec omnium bonorum congregatione perfecta sunt, ea nec ad beatitudinem quasi quidam calles ferunt, nec beatos ipsa perficiunt.

Metrum asclepiadeum.

Eheu que miseros tramite deuios abducit ignorantia.
Non aurum in uiridi queritis arbore. Nec uite gemmas carpitis.
Non altis laqueos montibus abditis. Ut pisce ditetis dapes.
Nec uobis capreas si libeat sequi. Tirrena captatis uada.
Ipsos quin etiam fluctibus abditos. Norunt recessus equoris.
Que gemmis niueis unda feracior. Uel que rubentis purpure.
Necnon que tenero pisce uel asperis. Prestent echinis litora.
Sed quonam lateat quod cupiunt bonum. Nescire ceci sustinent.

Sicut in arbore aurum querere non debes, nec in uite gemmas, nec in monte pisces, nec in mari capreas, ita et in terra non debes querere felicitatem.

Et quae stelliferum transabit polum. Tellure demersi petunt.
Quid dignum stolidis mentibus inprecer. Opes honores ambiant.
Et cum falsa graui mole parauerint. Tum uera cognoscant bona.

Hactenus mendacis formam felicitatis ostendisse suffecerit. Quam si per-
spicaciter intueris. ordo est deinceps quae sit uera monstrare.
Atqui uideo inquam nec opibus sufficientiam. nec regnis potentiam. nec
reuerentiam dignitatibus. nec celebritatem gloria. nec laetitiam uolup-
tatibus posse contingere. An etiam causas cur id ita sit deprehendisti.
Tenui quidem ueluti rimula mihi uideor intueri. sed ex te cognoscere
malim apertius. Atqui promptissima est ratio. Quod enim simplex est
indiuisumque natura. id error humanus separat. et a uero atque perfecto
ad falsum imperfectumque traducit. An tu arbitraris quod nihilo indigeat
egere potentia. Minime inquam. Recte tu quidem. Nam si quid est
quod in ulla re inbecillioris ualentiae sit. in hac praesidio necesse est egeat
alieno. Ita est inquam. Igitur sufficientiae potentiaeque una est eademque
natura. Sic uidetur. Quod uero huiusmodi sit spernendumne esse censes. an contra
rerum omnium ueneratione dignissimum. At hoc inquam ne dubitari
quidem potest. Addamus igitur sufficientiae potentiaeque reuerentiam.
ut haec tria unum esse iudicemus. Addamus si quidem uera uolumus confiteri.
Quid uero inquit obscurumne hoc atque ignobile censes esse. an omni celebri-
tate clarissimum. Considera uero ne quod nihilo indigere. quod potentis-
simum. quod honore dignissimum esse concessum est. egere claritudine quam
sibi praestare non possit. atque ob id aliqua ex parte uideatur abiectius.
Non possum inquam quin hoc uti est ita etiam celeberrimum esse confitear.
Consequens igitur est ut claritudinem superioribus tribus nihil differre fateamur.
Consequitur inquam. Quod igitur nullius egeat alieni. quod suis cuncta uiribus
possit. quod sit clarum atque reuerendum. nonne hoc etiam constat esse laetis-
simum. Sed unde huic inquam tali maeror ullus obrepat. ne cogitare
quidem possum. Quare plenum esse laetitiae si quidem superiora manebunt
necesse est confiteri. Atque illud quoque per eadem necessarium est suffici-
entiae. potentiae. claritudinis. reuerentiae. iocunditatis. nomina

qđ ēē diūsa · nullo m̄ ū discrepare substantiā. B. Necesse est inquā.
P. hoc ig̃ qđ ē unū · simplexq: natā · prauitas humana dispertit · & dū
rē q̃ partib: caret · partē conat̃ adipisci · nec portionē q̃ nulla est ·
nec ipsā quā minime affectat assequit̃. Quonā inquā m̄. Qui diuitias
inquit petit penuriæ fuga · de potentia nihil laborat · uilis obscu
rusq: ēē mauult · Multas etiā sibi naturales qq: subtrahit uoluptates ·
ne pecuniā quā parauit amittat. Sed hoc m̄ ne sufficientia qđē contin
git ei · quē ualentia deserit · quē molestia pungit · quē uilitas
abicit · quē recondit obscuritas. Qui ū solū posse desiderat · pfligat
opes · despicit uoluptates · honoreq: potentia carentē · Gloriā
qq: nihili pendit. Sed hunc qq: quā multa deficiant uides. Fit eni
ut aliquando necessariis egeat · ut anxietatib: mordeat̃. Cūq: hec
depellere neqat · etiā id qđ maxime petebat potens ēē desistat.
Similit̃ ratiocinari de honoribus · gl'a · uoluptatib: licet. Nā cū
unūqđq: horū idē qđ cetera sit · qsqs horū aliqđ sine ceteris petit ·
ne illud qđē qđ desiderat apphendit. B. Quid ig̃ inquā. P. Si qs cuncta
simul cupiat adipisci · sūmā qđē ille beatitudinis uelit. Sed
nū in his eā repperiet q̃ demonstrauim̄ id qđ pollicent̃ n̄ posse
cferre. B. Minime inquā. P. In his ig̃ q̃ singula qđā expetendorū
pstare credunt̃ beatitudo nullo m̄ uestiganda est. B. Fateor
inquā · & hoc nihil dici ueri potest. P. habes ig̃ inquit & formā
felicitatis falsæ & causas. Deflecte nunc in aduersū mentis intui
tū. Ibi eni ueram quā pmisim̄ statim uidebis. B. Atq: hec inquā
ul' ceco pspicua est · eāq: tu paulo ante monstrasti · dū falsæ
causas apire conaris. Nā ni fallor ea uera ē · & pfecta feli
citas · q̃ sufficientē · potentē · reuerendū · celebrē · lætūq:
pficiat. Atq: ut me interi animaduertisse cognoscas · q̃ unū hoř
qm̄ idē cuncta sŕ · ueracit̃ pstare potest · hanc ēē plenā
beatitudinē sine ambiguitate cognosco. P. O te alumne hac
opinione felicē · Siquidē hoc inquit adieceris. B. Quidnam
inquā. P. Essene aliqđ in his mortalib: caducisq: reb: putas.

qd huiusmodi statu possit afferre. Minime inqua puto. id q; ute-
nihil ut ampli desiderem e ostensu e. Haec igit ul imagines ueri boni ul in
pfecta qda bona dare mortalib; uident. uerum k atq; pfectu bonu
cferre n possunt. Assentior inqua. Qm g agnouisti q uera illa sit.
q k beatitudine mentiant. nc supest ut unde uera hanc petere possis
agnoscas. Id qde inqua dudu uehemt expecto. Sed cu ut in timeo platoni
inquit nro placet. in minimis qq; reb; diuinu psidiu debeat implorari.
qd nc faciendu censes. ut illi summi boni sedem reppire mereamur.
Inuocandu inqua reru omiu patre q pmisso nullu rite fundatur
exordiu. Recte inquit. Ac simul ita modulata est. Metru.

Heroicu exametru

O qui ppetua mundu ratione gubernas
Terraru caeliq; sator. qui tempus ab aeuo
Ire iubes. stabilisq; manens das cuncta moueri.
Quem non externae pepulerunt fingere causae
Materiae fluitantis opus. uerum insita summi
Forma boni liuore carens. tu cuncta superno
Ducis ab exemplo. pulchru pulcherrimus ipse
Mundu mente gerens. similiq; imagine formans.
Perfectasq; iubes pfectu absoluere partes.
Tu numeris elementa ligas. ut frigora flammis
Arida conueniant liquidis. ne purior ignis
Euolet. aut mersas deducant pondera terras.
Tu triplicis mediam naturae cuncta mouente
Connectens anima per consona membra resoluis.
Quae cu secta duos motu glomerauit in orbes.
In semet reditura meat. menteq; profunda
Circuit. & simili conuertit imagine caelu.
Tu causis animas paribus uitasq; minores
Prouehis. & leuibus sublimes curribus aptas
In caelu terramq; seris. quas lege benigna
Ad te conuersas reduci facis igne reuerti.

Da pater augustam menti conscendere sedem.
Da fontem lustrare boni. da luce reperta
In te conspicuos animi defigere uisus.
Dissice terrenę nebulas & pondera molis.
Atque tuo splendore mica. tu namque serenum
Tu requies tranquilla piis. te cernere finis.
Principium. uector. dux. semita. terminus idem.

Quoniam igitur quę sit inperfecti quę etiam perfecti boni forma uidisti. nunc demonstrandum reor. quonam hęc felicitatis perfectio constituta sit. In quo illud primum arbitror inquirendum. an aliquod huiusmodi bonum quale paulo ante definisti in rerum natura possit existere. ne nos praeter rei subiectę ueritatem cassa cogitationis imago decipiat. Sed quin existat. sitque hoc ueluti quidam omnium fons bonorum negari nequit. Omne enim quod inperfectum esse dicitur. id imminutione perfecti inperfectum esse perhibetur. Quo fit. ut si in quolibet genere inperfectum quid esse uideatur. in eo perfectum quoque aliquid esse necesse sit. Etenim perfectione sublata. unde illud quod inperfectum perhibetur extiterit. ne fingi quidem potest. Neque enim ab deminutis inconsummatisque natura rerum coepit exordium. sed ab integris absolutisque procedens. in haec extrema atque effeta dilabitur. Quod si uti paulo ante monstrauimus. est quaedam boni fragilis inperfecta felicitas. esse aliquam solidam perfectamque non potest dubitari. Firmissime inquam uerissimeque conclusum est. Quo uero inquit habitet. ita considera. Deum rerum omnium principem bonum esse. communis humanorum conceptio probat animorum. Nam cum nihil deo melius excogitari queat. id quo melius nihil est. bonum esse quis dubitet? Ita uero bonum esse deum ratio demonstrat. ut perfectum quoque in eo bonum esse conuincat. Nam ni tale sit. rerum omnium princeps esse non poterit. Erit enim eo praestantius aliquid perfectum possidens bonum. quod hoc prius atque antiquius esse uideatur. Omnia namque perfecta minus integris priora esse claruerunt. Quare ne in infinitum ratio prodeat. confitendum est summum deum summi perfectique boni esse plenissimum. Sed perfectum bonum ueram esse beatitudinem constituimus. Ueram igitur beatitudinem in summo deo sitam esse necesse est. Accipio inquam.

Neceē. qđ contdici ullo m̄ queat., Sed queso inq̄ te. uide quā id scē
atq: iuiolabilit̄ pbes. Qđ boni sūmi sūmū dm̄ diximꝰ ēē plenissimū.,
Quonā īquā m̄., Ne hunc rerū omniū patrē. illud sūmū bonū. quo
plenꝰ ēē phibet̄. ut extrinsecus accepisse. t ita natalit̄ habere p
sumas. q̄si habentis di. habitæq: beatitudinis diuersam cogites ēē
substantiā., Nā si extrinsecꝰ acceptū putes. pstanti id qđ dederit.
ab eo qđ accepit existimare possis., Sed hunc ēē rerū omniū pcel
lentissimū dignissime confitem̄., Qđ si natā qdē ī est. sed est ratione
diūsū. cū de rerū pncipe loq̄m dō. fingat q̄ potest. q̄s hec diūsa coniun
xerit., postremo qđ a qualibet re diūsū est. id n̄ est illud a q̄ ītelle
git̄ ēē diūsū., Quare qđ a sūmo bono diūsū est sui natā. id sūmū
bonū n̄ ē., Qđ nefas est de eo cogitare. q̄ nihil c̄stat ēē pstanti., Omino
eni nulli rei natā. suo pncipio melior poterit existere., Quare qđ
omniū pncipiū sit. id etiā sui substantia sūmū ēē bonū uerissima
ratione c̄cluserim., Rectissime īquā., Sed sūmū bonū. beatitudinē
ēē c̄cessū ē., Ita ē. īquā., Igit̄ īquit dm̄ ēē ipsā beatitudinē necesse ē.
c̄fiteri., Nec ppositis īquā p̄oribꝰ refragari queo. & illis hoc illatu
consequens ēē pspicio., Respice igit̄. an hinc q̄q: idē firmiꝰ appbet̄.
qđ duo sūma bona q̄ a se diūsa sint. ēē n̄ possunt., Etenī q̄ discrepant
bona. n̄ ēē alt̄ū. qđ sit alterū liquet., Quare neutrū poterit ēē
pfectū. cū alterutri alt̄ū deest., Sed qđ pfectū n̄ sit. id sūmū n̄ ēē
manifestū est., Nullo m̄ ḡ q̄ sūma sit bona. ea possunt diūsa ēē., Atq
& beatitudinē & dm̄. sūmū bonū ēē collegimꝰ. quare ipsā necesse ē
sūmā ēē beatitudinē. q̄ sit sūma diuinitas., Nihil īquā nec re
ai uerius. nec ratiocinatione firmiꝰ. nec dō digniꝰ concludi
potest., Sup hec igit̄ ḡ. ueluti geometræ solent demonstratis
ppositis aliqd īferre. q̄ porismata ipsi uocant. ita ego q̄q: t
ueluti corollariū dabo., Nā qm̄ beatitudinis adeptione fiunt
hōēs beati. beatitudo u° est ipsa diuinitas. diuinitatis adeptione
beatos fieri manifestū ē., Sed uti iustitiæ adeptione iusti. sapi
entiæ sapientes fiunt. ita diuinitatē adeptos. deos fieri simili

placeat t

i. Ne aliud cogitem dm̄ ēē aliud sūmū bonū q̄ plenꝰ ē q̄m n̄ extrinsecus accepit.

refragare. i. sub t̄here. subfraganei epi. i. ad iutores.

ratione necesse est. Omnis igitur beatus deus. Sed natura quidem unum; parti-
cipatione vero nihil prohibet esse quam plurimos. Et pulcherrimum inquit
hoc atque pretiosum, sive porisma sive corollarium vocari mavis. Atqui
hoc quoque pulchrius nihil est quod his annectendum esse ratio persuadet. Quid
inquam. Cum multa inquit beatitudo continere videatur, utrumne haec
omnia unum veluti corpus beatitudinis quadam partium varietate coniun-
gant, an sit eorum aliquid quod beatitudinis substantiam compleat, ad hoc
vero cetera referantur? Vellem inquam id ipsarum rerum commemoratione pate-
faceres. Nonne inquit beatitudinem bonum esse censemus? Ac summum quidem
inquam. Addas inquit hoc omnibus licet. Nam eadem sufficientia summa est, eadem
summa potentia, reverentia quoque, claritas ac voluptas beatitudo
esse iudicatur. Quid igitur? Haecine omnia bonum, sufficientia, potentia, ceteraque
veluti quaedam beatitudinis membra sunt, an ad bonum veluti ad verticem cun-
cta referuntur? Intellego inquam quid investigandum proponas, sed quid constituas
audire desidero. Cuius discretionem rei sic accipe. Si haec omnia beati-
tudinis membra forent, a se quoque invicem discreparent. Haec est enim
partium natura, ut unum corpus diversa componant. Atqui haec omnia idem esse
monstrata sunt; minime igitur membra sunt. Alioquin ex uno membro beati-
tudo videbitur esse coniuncta, quod fieri nequit. Id quidem inquam dubium non est,
sed id quod restat exspecto. Ad bonum vero cetera referri palam est. Idcirco
enim sufficientia petitur, quoniam bonum esse iudicatur; idcirco potentia
quoniam id quoque esse creditur bonum. Idem de reverentia, claritudine, iocundi-
tate coniectare licet. Omnium igitur expetendorum summa atque causa bonum
est. Quod enim neque re neque similitudine ullum in se retinet bonum, id expeti
nullo modo potest. Contraque etiam quae natura bona non sunt, tamen si esse videantur,
quasi vere bona sint appetuntur. Quo fit uti summa, cardo atque causa
expetendorum omnium bonitas esse iure credatur. Cuius vero causa quid expe-
titur, id maxime videtur optari; veluti si salutis causa quispiam velit
equitare, non tam equitandi motum desiderat quam salutis effectum. Cum igitur
omnia boni gratia petantur, non illa potius quam bonum ipsum desideratur ab omnibus.
Sed propter quod cetera optantur, beatitudinem esse concessimus. Quare sic quoque

Left margin notes: s. utrum igitur ... vel ex eis quae beatitudo summa continetur. — vel sic membra corporis a se discreparent. — potentia, sufficientia, atque omnia unum sunt. — argumentando ostendit omnia causa boni desiderari et appeti.

sola quaerit beatitudo. ex quo liquido apparet. ipsius boni et beatitudinis
unam atque eandem esse substantiam. Nihil, inquit, est quo dissentire quispiam
possit. Sed deum veramque beatitudinem unum atque idem esse monstravimus.
Ita inquam. Securo igitur concludere licet. dei quoque in ipso bono nec usquam alio sitam
esse substantiam.

Metrum phaleucium.

Huc omnes pariter venite capti. Quos fallax ligat improbis catenis.
Terrenas habitans libido mentes. Haec erit vobis requies laborum.
Hic portus placida manens quiete. Hoc patens unum miseris asilum.
Non quicquid Tagus aureis harenis. Donat aut Hermus rutilante ripa.
Aut Indus calido propinquus orbi. Candidis miscens virides lapillos.
Illustrent aciem. magisque caecos. In suas condunt animos tenebras.
Hoc quicquid placet excitatque mentes. Infimis tellus aluit cavernis.
Splendor quo regitur vigetque caelum. Vitat obscuras animae ruinas.
Hanc quisquis poterit notare lucem. Candidos Phoebi radios negabit.

Assentior inquam. Cuncta enim firmissimis nexa rationibus constant.
Tum illa. Quanti inquit aestimabis si bonum ipsum quid sit agnoveris.
Infinito inquam. Si quidem mihi pariter deum quoque qui bonum est continget agnoscere.
Atqui hoc verissima inquit ratione patefaciam. Maneant modo quae paulo ante
conclusa sunt. Manebunt. Nonne inquit monstravimus. ea quae appetuntur pluribus.
idcirco vera perfectaque bona non esse. quoniam a se invicem discreparent. Cumque alteri
abesset alterum. plenum absolutumque bonum afferre non posse. Tum autem verum bonum fieri.
cum in unam veluti formam atque efficientiam colliguntur. ut quae sufficientia est.
eadem sit potentia. reverentia. claritas atque iocunditas. Nisi vero
unum atque idem omnia sint. nihil habere quo inter expetenda numerentur.
Demonstratum inquam. nec dubitari ullo modo potest. Quae igitur cum discrepant.
minime bona sunt. Cum vero unum esse coeperint. bona fiunt. Nonne haec ut
bona sint. unitatis fieri adeptione contingit. Ita inquam videtur. Sed
omne quod bonum est. boni participatione bonum esse concedis. an minime. Ita
est. Oportet igitur idem esse unum atque bonum. simili ratione concedas.
Eadem namque substantia est eorum quorum naturaliter non est diversus effectus. Negare
inquam nequeo. Nostine igitur inquit. omne quod est tamdiu manere atque subsistere.

quamdiu sit unum. sed interire atque dissolui pariter atque unum esse desti
terit. Quonam modo? Ut in animalibus inquit cum in unum coeunt ac permanent anima corpusque. id animal uocatur. Cum uero haec unitas utriusque separatione dissoluitur. interire nec iam esse animal liquet. Ipsum quoque corpus cum in eadem forma membrorum coniunctione permanet. humana uisitur species. At si distributae segregataeque partes corporis distraxerint unitatem. desinit esse quod fuerat. Eoque modo percurrenti cetera procul dubio patebit subsistere unumquodque dum unum est. cum uero unum esse desinit interire. Considerantis inquam mihi plura minime aliud uidetur. Estne igitur inquit quod in quantum naturaliter agat relicta subsistendi appetentia uenire ad interitum corruptionemque desideret? Si animalia inquam considerem quae habent aliquam uolendi nolendique naturam. nihil inuenio quod nullis extra cogentibus abiciant manendi intentionem et ad interitum sponte festinent. Omne namque animal tueri salutem laborat. mortem uero perniciemque deuitat. Sed quid de herbis arboribusque. quid de inanimatis omnino consentiam rebus prorsus dubito. Atqui non est quod de hoc quoque possis ambigere. cum herbas atque arbores intuearis. primum sibi conuenientibus innasci locis. ubi quantum earum natura queat. cito exarescere atque interire non possint. Nam aliae quidem campis. aliae montibus oriuntur. alias ferunt paludes. aliae saxis haerent. aliarum foecundae sunt steriles harenae. quas si in alia quispiam loca transferre conetur arescant. Sed dat cuique natura quod conuenit. et ne dum manere possunt intereant elaborat. Quid quod omnes uelut in terras ore demerso trahunt alimenta radicibus. ac per medullas robur corticemque diffundunt? Quid quod mollissimum quidque sicuti medulla est. interiore semper sede reconditur. extra uero quadam ligni firmitate. ultimus autem cortex aduersum caeli intemperiem quasi mali patiens defensor opponitur? Iam uero quanta est naturae diligentia. ut cuncta semine multiplicato propagentur? Quae omnia non modo ad tempus manendi. uerum generatim quoque quasi in perpetuum permanendi ueluti quasdam machinas esse quis nesciat? Ea etiam quae inanimata esse creduntur. nonne quod suum est quoque simili ratione desiderant? Cur enim flammas quidem sursum leuitas uehit. terras uero deorsum

pondus deprimit nisi quod haec singulis loca motionesque conveniunt.
Porro autem quod cuique consentaneum est id unumquodque conservat sicuti ea quae sunt
inimica corrumpunt. Iam vero quae dura sunt ut lapides adhaerent tenacissime
suis partibus et ne facile dissolvantur resistunt. Quae vero liquentia
ut aer atque aqua facile quidem dividentibus cedunt. sed cito in ea rursus
a quibus sunt abscisa relabuntur. ignis vero omnem refugit sectionem. Neque nunc
nos de voluntariis animae cognoscentis motibus. sed de naturali inten
tione tractamus. sicuti est quod acceptas escas sine cogitatione transi
gimus. quod in somno spiritum ducimus nescientes. Nam ne in animalibus quidem
manendi amor ex animae voluntatibus. verum ex naturae principiis
venit. Nam saepe mortem cogentibus causis quam natura reformidat.
voluntas amplectitur. Contraque illud quo solo mortalium rerum durat
diuturnitas gignendi opus quod natura semper appetit interdum coercet volun
tas. Adeo haec sui caritas non ex animali motione. sed ex naturali inten
tione procedit. Dedit enim providentia creatis a se rebus hanc vel maxi
mam manendi causam. ut quoad possunt naturaliter manere desiderent.
Quare nihil est quod ullo modo queas dubitare cuncta quae sunt appetere naturaliter
constantiam permanendi devitare perniciem. Confiteor inquam nunc me indubi
tato cernere quae dudum incerta videbantur. Quod autem inquit subsistere ac
permanere petit id unum esse desiderat. hoc enim sublato ne esse quidem cuiquam
permanebit. Verum est inquam. Omnia igitur inquit unum desiderant. Consensi. Sed
unum id ipsum monstravimus esse quod bonum. Ita quidem. Cuncta igitur bonum pe
tunt. quod quidem ita describas licet. ipsum bonum esse quod desideretur ab omnibus.
Nihil inquam verius excogitari potest. Nam vel ad nihil unum cuncta refe
runtur et uno veluti vertice destituta sine rectore fluitabunt.
Aut si quid est ad quod universa festinent id erit omnium summum bonorum.
Et illa. Nimium inquit o alumne laetor. Ipsam enim mediae veritatis
notam mente fixisti. Sed in hoc patuit tibi quod ignorare te paulo ante
dicebas. Quid inquam. Quis esset inquit rerum omnium finis. Is est enim profecto quod
desideratur ab omnibus. quod quia bonum esse collegimus oportet rerum
omnium finem bonum esse fateamur. Metrum iambicum arponta
licum

Procul dubio longe facta dubitatione.
sine dubitatione.

Quisquis profunda mente vestigat verum. Cupitque nullis ille deviis falli.
In se revolvat intimi lucem visus. Longosque in orbem cogat inflectens motus.
Animumque doceat quicquid extra molitur. Suis retrusum possidere thesauris.
Dudum quod atra texit erroris nubes. Lucebit ipso perspicacius phoebo.
Non omne namque mente depulit lumen. Obliviosam corpus invehens molem.
Haeret profecto semen introrsum veri. Quod excitatur ventilante doctrina.
Nam cur rogati sponte recta censetis. Ni mersus alto viveret fomes corde.
Quod si platonis musa personat verum. Quod quisque discit immemor recordatur.

Tum ego. platoni inquam vehementer assentior. Nam me horum iam secundo commemoras. Primum quod memoriam corporea contagione. dehinc cum maeroris mole pressus amisi. Tum illa. Si priora inquit concessa respicias. ne illud quidem longius aberit. quin recorderis quod te dudum nescire confessus es. Quid inquam. Quibus ait illa gubernaculis mundus regatur. Memini inquam me inscitiam meam fuisse confessum. sed quid afferas. licet iam perspiciam. planius tamen ex te audire desidero. Mundum inquit hunc deo regi paulo ante minime dubitandum putabas. Ne nunc quidem arbitror inquam. nec umquam dubitandum putabo. quibusque in hoc rationibus accedam breviter exponam. Mundus hic ex tam diversis contrariisque partibus in unam formam minime convenisset. nisi unus esset qui tam diversa coniungeret. Coniuncta vero naturarum ipsa diversitas invicem discors dissociaret atque divelleret. nisi unus esset qui quod nexuit contineret. Non tam vero certus naturae ordo procederet. nec tam dispositos motus locis temporibus efficientia spatiis qualitatibus explicaret. nisi unus esset qui has mutationum varietates manens ipse disponeret. Hoc quicquid est quo condita manent atque agitantur. usitato cunctis vocabulo deum nomino. Tum illa. Cum haec inquit ita sentias. parvam mihi restare operam puto. ut felicitatis compos patriam sospes revisas. Sed quae proposuimus intueamur. Nonne in beatitudine sufficientiam numeravimus. deumque beatitudinem ipsam esse consensimus. Ita quidem. Et ad mundum igitur regendum nullis extrinsecus amminiculis indigebit. Alioquin si quo egeat plenam sufficientiam non habebit. Id inquam ita est necessarium. Per se igitur solum cuncta disponit. Negari inquam nequit. Atqui deus ipsum bonum esse

caligo ignorantiae.

interrogantia de libere dubia indicatis

elementis. aer enim et ignis calidus terra et aqua frigida.

videlicet quibus gubernaculis regitur mundus

iustis monstratu ee. Memini iquam. p bonu d ipsu cuncta disponi. Sq de ee
regente omia que bonu ee censuim. Et hic e utiq qda clauus atq gub
naculu. q mundana machina stabilis atq icorrupta seruatur.
Vehementer assentior iquam. & id te paulo ante dicturam tenui licet
suspicione pspexi. Credo iqt. Ia eni ut arbitror uigilantius ad cer
nenda uera oculos deducis. Sed qd dica n min ad contuendu patet.
Quid iquam. Cu d iqt omia bonitatis clauo gubnare iure credatur.
eadeq; omia sicuti docui ad bonu naturali intentione festinent. Nu
dubitari potest quin uoluntarie regant. seq; ad disponentis nutu
ueluti conuenientia cotepataq; rectori sponte couertant. Ita iquam necesse
est. nec beatu regim ee uideret. si qde detrectantiu iugu foret. n ob
tepantiu salus. Nihil e. g qd natura seruans do contraire conet.
Nihil iquam. Qd si conet ait. nu tande pficiet qcqua aduersu eu. que
iure beatitudinis potentissimu ee concessim. Prorsus iquam nihil uale
ret. Non est g aliqd qd summo huic bono ut uelit ut possit obsistere.
Nn iquam arbitror. Est g sumu iqt bonu. qd regit cuncta fortit
suauitq; disponit. Tu ego. Qua iquam me n m ea q cclusa e. suma
rationu. ueru multo magis hec ipsa qb; uteris uba delectant.
ut tande aliqndo stultitia magna lacerante sui pudeat. Acce
pisti iqt i fabulis lacessentes celu gigantes. Sed illos qq; uti cdignu
fuit. benigna fortitudo disposuit. Sed uisne rationes ipsas iuice
collidam. Forsitan ex huiusmodi cflictatione pulchra qda ueritatis
scintilla dissiliat. Tuo iquam arbitratu. Dm iqt ee omipotente nemo
dubitauerit. Qui qde iquam mte csistat. nullus prsus abigat. Qui u
est omiu iqt potens. nihil e. qd ille n possit. Nihil iquam. Nu g d
facere malu potest. Minime iquam. Malu g iqt nihil e. cu id facere
ille n possit. q nihil n potest. Ludisne iquam me iextricabile labe
rinthu rationib; texens. q nc qde q egrediaris itroeas. nc u quo
itroieris egrediare. an mirabile quenda diuine simplicitatis
orbe complicas. Eteni paulo ante abeatitudine icipiens. ea sumu
bonu ee dicebas. qua i sumo do sita loquebare. Ipsu qq; dm sumu ee

bonum plenamque beatitudinem disserebas, ex quo neminem beatum fore nisi qui

pariter deus esset quasi munusculum dabas. Rursus ipsam boni formam dei ac bea-

titudinis loquebaris esse substantiam, ipsumque unum id ipsum esse bonum docebas

quod ab omni rerum natura peteretur. Deum quoque bonitatis gubernaculis universitatem

regere disputabas, volentiaque cuncta parere, nec ullam mali esse

naturam. Atque haec nullis extrinsecus sumptis, sed ex altero altero fidem trahente,

insitis domesticisque probationibus explicabas. Tum illa: Minime inquit ludimus,

remque omnium maximam dei munere quem deprecabamur exegimus. Ea est

enim divinae forma substantiae, ut neque in externa dilabatur, nec in se externum

aliquid ipsa suscipiat, sed sicut de ea Parmenides ait: ΠΑΝΤΟΘΕΝ ΕΥΚΥ-

ΚΛΟΥ ΣΦΑΙΡΗΣ ΕΝΑΛΙΓΚΙΟΝ ΟΓΚΩΙ. Rerum orbem mobilem rotat

dum se inmobilem ipsa conservat. Quod si rationes quoque non extra petitas, sed

intra rei quam tractabamus ambitum collocatas agitavimus, nihil est quod ad-

mirere, cum Platone sanciente didiceris cognatos de quibus

loquuntur rebus oportere esse sermones. Metrum anapesticum.

Felix qui potuit boni fontem visere lucidum, felix qui potuit gravis

terrae solvere vincula. Quondam funera coniugis vates Threicius gemens,

postquam flebilibus modis silvas currere mobiles, amnes stare coegerat,

iunxitque intrepidum latus saevis cerva leonibus, nec visum timuit lepus

iam cantu placidum canem, cum flagrantior intima fervor pectoris ureret,

nec qui cuncta subegerant mulcerent dominum modi, inmites superos querens

infernas adiit domos. Illic blanda sonantibus chordis carmina temperans,

quicquid praecipuis deae matris fontibus hauserat, quod luctus dabat impotens,

quod luctum geminans amor, deflet Taenara commovens, et dulci veniam prece

umbrarum dominos rogat. Stupet tergeminus novo captus carmine ianitor.

Quae sontes agitant metu, ultrices scelerum deae iam maestae lacrimis madent.

Non Ixionium caput velox praecipitat rota, et longa siti perditus

spernit flumina Tantalus. Vultur dum satur est modis, non traxit Tythi iecur.

Tandem vincimur arbiter umbrarum miserans ait. Donamus comitem viro

emptam carmine coniugem. Sed lex dona coherceat, ne dum Tartara liquerit,

fas sit lumina flectere. Quis legem det amantibus? Maior lex amor est sibi.

Ex persona dictum admirative, id est quis talem legem dabat amantibus ... non respiciant.

hic omnia replicat

voluntarie, pro voluntatem, id est somnia

diffinitione summi boni quod maximum ... versibus

iudicante vel discernente

Carmen glyconium trimetrum constat spondeo, vel trocheo, coriambo et pirrichio.

lamentationes Hieremie secundum Hebreos

crudeles ... impiosque ...

Heu noctis prope terminos. Orpheus euridicen suam. Vidit perdidit. occidit.
Vos hec fabula respicit. Quicumque in superum diem. Mentem ducere queritis.
Nam qui tartareum in specus. Victus lumina flexerit. Quicquid precipuum trahit.
Perdit dum uidit inferos. Anicii manlii seuerini boetii ex consule
ordinarii patricii philosophie consolationis explicit liber iii. incipit iiii.

Haec cum philosophia dignitate uultus et oris grauitate seruata
leniter suauiterque cecinisset. tum ego nondum penitus insiti meroris
oblitus intentionem dicere adhuc aliquid parantis abrupi. Et o inquam
ueri preuia luminis. que usque adhuc tua fudit oratio. cum sui speculatione
diuina. tum tuis rationibus inuicta patuerunt. eaque mihi et si ob iniurie dolorem
nuper oblita non tamen antehac prorsus ignorata dixisti. Sed ea ipsa est
uel maxima nostri causa meroris. quod cum rerum bonus rector exsistat.
uel esse omnino mala possint. uel impunita pretereant. Quod solum quanta
dignum sit ammiratione profecto consideras. At huic aliud maius
adiungitur. Nam imperante florenteque nequitia. uirtus non solum premiis
caret. uerum etiam sceleratorum pedibus subiecta calcatur. et in locum
facinorum supplicia luit. Que fieri in regno scientis omnia. potentis
omnia. sed bona tantum uolentis dei. nemo satis potest nec admi-
rari nec conqueri. Tum illa. Et esset inquit infiniti stuporis. omnibusque
horribilius monstris. si uti tu estimas in tanti uelut patrisfamilias
dispositissima domo. uilia uasa colerentur. pretiosa sordescerent.
Sed non ita est. Nam si ea que paulo ante conclusa sunt inconuulsa seruantur.
ipso de cuius nunc regno loquimur auctore cognosces. semper quidem potentes
esse bonos. malos uero abiectos semper atque inbecilles. nec sine poena
umquam esse uitia. nec sine premio uirtutes. Bonis felicia. malis semper
infortunata contingere. Multaque id genus que sopitis querelis firma te
soliditate corroborent. Et quoniam uere formam beatitudinis me
dudum monstrante uidisti. quo etiam sita sit agnouisti. decursis omnibus
que premittere necessarium puto. uiam tibi que te domum reuehat ostendam.
Pennas etiam tue menti quibus se in altum tollere possit adfigam. ut pertur-
batione depulsa. sospes in patriam meo ductu. mea semita. meis

ad intellegentias subtilissimas

etiam uehiculis reuertaris.

Sunt etenim pennae uolucres mihi. Quae celsa conscendant poli.
Quas sibi cum uelox mens induit. Terras perosa despicit.
Aeris inmensi superat globum. Nubesque post tergum uidet.
Quique agili motu calet aetheris. Transcendit ignis uerticem.
Donec in astriferas surgat domos. Phoeboque coniungat uias.
Aut comitetur iter gelidi senis. Miles corusci sideris.
Uel quocumque micans nox pingitur. Recurrat astri circulum.
Atque ubi iam exhausti fuerit satis. Polum relinquat extimum.
Dorsaque uelocis premat aetheris. Compos uerendi luminis.
Hic regum sceptrum dominus tenet. Orbisque habenas temperat.
Et uolucrem currum stabilis regit. Rerum coruscus arbiter.
Huc te si reducem referat uia. Quam nunc requiris inmemor.
Haec dices memini patria est mihi. Hinc ortus. hic sistam gradum.
Quod si terrarum placeat tibi. Noctem relictam uisere.
Quos miseri toruos populi timent. Cernes tyrannos exules.

Tum ego. papae inquam ut magna promittis. nec dubito quin possis effi-
cere. Tu modo quem excitaueris ne moreris. Primum igitur bonis semper
adesse potentiam. malos cunctis uiribus esse desertos agnoscas licebit.
quorum quidem alterum demonstratur ex altero. Nam cum bonum malumque contraria sint.
si bonum potens esse constiterit. liquet inbecillitas mali. At si fragi-
litas clarescat mali. boni firmitas nota est. Sed uti nostrae senten-
tiae fides habundantior sit. alterutro calle procedam. nunc hinc nunc inde
proposita confirmans. Duo sunt quibus omnis humanorum actuum constat
effectus. uoluntas scilicet ac potestas. quorum si alterutrum desit. nihil est quod
explicari queat. Deficiente etenim uoluntate ne aggreditur quidem quisque
quod non uult. At si potestas absit. uoluntas frustra sit. Quo fit ut si quem
uideas adipisci uelle quod minime adipiscatur. huic obtinendi quod uo-
luerit defuisse ualentiam dubitare non possis. Perspicuum est inquam nec
ullo modo negari potest. Quem uero effecisse quod uoluerit uideas. num etiam
potuisse dubitabis? Minime. Quod uero quisque potest. in eo ualidus. quod uero non potest

in hoc imbecillis esse censendus est. Fateor inquam. Meministine igitur superioribus rationibus esse collectum intentionem omnem voluntatis humanae quae diversis studiis agitur ad beatitudinem festinare? Memini inquam illud quoque esse demonstratum. Num recordaris beatitudinem ipsum esse bonum eoque modo cum beatitudo petitur ab omnibus desiderari bonum? Minime inquam recordor quoniam id memoriae fixum teneo. Omnes igitur homines boni pariter ac mali indiscreta intentione ad bonum pervenire nituntur. Ita inquam consequens est. Sed certum est adeptione boni bonos fieri. Certum. Adipiscuntur igitur boni quod appetunt. Sic videtur. Mali vero si adipiscerentur quod appetunt bonum, mali esse non possent. Ita est. Cum igitur utrique bonum petant, sed hi quidem adipiscantur, illi vero minime, num dubium est bonos quidem potentes esse, qui vero mali imbecilles? Quisquis inquam dubitat, nec rerum naturam nec consequentiam potest considerare rationum. Rursus inquit si duo sint quibus idem secundum naturam propositum sit, eorumque unus naturali officio id ipsum agat atque perficiat, alter vero naturale illud officium minime administrare queat, alio vero modo quam naturae convenit non quidem impleat propositum suum sed imitetur implentem, quemnam horum valentiorem esse decernis? Etsi coniecto inquam quid velis, planius tamen audire desidero. Ambulandi inquit motum secundum naturam esse hominibus num negabis? Minime inquam. Eiusque rei pedum officium esse naturale num dubitas? Ne hoc quidem inquam. Si quis igitur pedibus incedere valens ambulet, aliusque cui hoc naturale pedum desit officium manibus nitens ambulare conetur, quis horum iure valentior existimari potest? Contexe inquam cetera. Nam quin naturalis officii potens eo qui idem nequeat valentior sit nullus ambigat. Sed summum bonum quod aeque malis bonisque propositum boni quidem naturali officio virtutum appetunt, mali vero variam per cupiditatem quod adipiscendi boni naturale officium non est idem ipsum conantur adipisci. An tu aliter existimas? Minime inquam. Nam etiam quod est consequens patet. Ex his enim quae concesserim bonos quidem potentes, malos vero esse necesse est imbecilles. Recte igitur praecurris, idque uti medici sperare solent, indicium est erectae iam resistentisque naturae. Sed quoniam te ad intellegendum promptissimum esse conspicio, crebras coacervabo rationes. Vide enim quanta vitiosorum hominum pateat infirmitas qui ne ad hoc quidem

adbonū puenire

Conclusio recte

Bonos potentes ee. malos ē impotentes

imbecilles & impotentes

pervenire nequeunt. adque eos naturalis ducit ac pene compellit intentio.
Et quod huic tam magno ac pene invicto praeeuntis naturae desererentur au-
xilio. Considera vero quanta sceleratos homines habeat impotentia.
Neque enim levia aut ludicra praemia petunt quae consequi atque obtinere non
possunt. Sed circa ipsam rerum summam verticemque deficiunt. nec in eo miseris
contingit effectus. quod solum dies noctesque moliuntur. in qua re bonorum vires eminent.
Sicut enim eum qui pedibus incedens ad eum locum usque pervenire potuisset quo nihil
ulterius pervium iaceret incessui ambulandi potentissimum esse censeres.
ita eum qui expetendorum finem quo nihil ultra est apprehendit potentissimum necesse
est iudices. Ex quo fit quod huic obiacet. ut idem scelesti idem viribus omnibus
videantur esse deserti. Cur enim relicta virtute vitia sectantur? Inscitiane
bonorum? Sed quid enervatius ignorantiae caecitate? An sectanda no-
verunt? Sed transversos eos libido praecipitat. Sic quoque intemperantia
fragiles qui obluctari vitio nequeunt. an scientes volentesque bonum
deserunt adu vitia deflectunt? Sed hoc modo non solum potentes esse sed omnino esse
desinunt. Nam qui communem omnium quae sunt finem derelinquunt pariter
quoque esse desistunt. Quod quidem cuipiam mirum forte videatur. ut malos qui plures
hominum sunt eosdem non esse dicamus. sed ita sese res habet. Nam qui mali sunt eos malos
esse non abnuo. sed eosdem esse pure atque simpliciter nego. Nam uti cadaver
hominem mortuum dixeris. simpliciter vero hominem appellare non possis. ita vitiosos malos
quidem esse concesserim. sed esse absolute nequeam confiteri. Est enim quod ordinem retinet
servatque naturam. Quod vero ab hac deficit esse etiam quod in sua natura situm est dere-
linquit. Sed possunt inquies mali. Ne ego quidem negaverim sed haec
eorum potentia non a viribus sed ab imbecillitate descendit. Possunt enim
mala quae minime valerent si in bonorum efficientia manere potuis-
sent. Quae possibilitas eos evidentius nihil posse demonstrat. Nam si
uti paulo ante collegimus malum nihil est. cum mala tantum possint.
nihil posse improbos liquet. Perspicuum est. Atque ut intellegas quaenam sit
huius potentiae vis summo bono nihil potentius esse paulo ante definivimus.
Ita est inquam. Sed idem inquit facere malum nequit. Minime. Est igitur inquit aliquis qui
omnia posse homines putet? Nisi quis insaniat nemo. Atqui idem possunt mala.

Vana quidem inquam non possent. Cum igitur bonorum tantum potens possit omnia, non vero queant omnia potentes etiam malorum, eosdem qui mala possunt minus posse manifestum est. Huc accedit quod omnipotentiam et expetenda numeranda omnia que expetenda referri ad bonum uelut ad quoddam naturae suae cacumen ostendimus. Sed patrandi sceleris possibilitas referri ad bonum non potest. Expetenda igitur non est. Atque omnis potentia expetenda est. Liquet igitur malorum possibilitatem non esse potentiam. Ex quibus omnibus bonorum quidem potentia, malorum uero minime dubitabilis apparet infirmitas. Veramque illam Platonis esse sententiam liquet solos quod desiderent facere posse sapientes. Improbos uero exercere quidem quod libeat, quod uero desiderent explere non posse. Faciunt enim quaelibet dum per ea quibus delectantur id bonum quod desiderant se adepturos putant, sed minime adipiscuntur quoniam ad beatitudinem probra non ueniunt.

Metrum trochaicum alemanium.

Quos uides sedere celsos solii culmine reges, Purpura claros nitente, septos tristibus armis, Ore toruo comminantes, Rabie cordis anhelos, Detrahat si quis superbis uani tegmina cultus, Iam uidebit intus artas dominos ferre catenas. Hinc enim libido uersat auidis corda uenenis, Hinc flagellat ira mentem fluctus turbida tollens. Meror aut captos fatigat aut spes lubrica torquet. Ergo cum caput tot unum cernas ferre tirannos, Non facit quod optat ipse dominis pressus iniquis.

Videsne igitur quanto in ceno probra uoluantur, qua probitas luce resplendeat? In quo perspicuum est numquam bonis premia, numquam sua sceleribus deesse supplicia. Rerum etenim que geruntur illud propter quod unaquaeque res geritur, eadem cuiusque rei premium esse non iniuria uideri potest, uti currenti in stadio propter quam curritur iacet premium corona. Sed beatitudinem esse idem ipsum bonum propter quod omnia geruntur ostendimus. Est igitur humanis actibus ipsum bonum ueluti premium commune propositum. Atque hoc a bonis non potest separari. Neque enim bonus ultra iure uocabitur qui careat bono. Quare probos mores sua premia non relinquunt. Quantumlibet igitur seuiant mali, sapienti tamen corona non decidet, non arescet. Neque enim probis animis proprium decus aliena decerpit improbitas. Quod si extrinsecus accepto letaretur, poterat hoc alius quispiam aut ipse etiam qui contulisset auferre. Sed quoniam id sua cuique probitas confert.

efferet. tum suo premio carebit. cum probitas esse desierit. Postremo cum omne
premium idcirco appetatur. quoniam bonum esse creditur. Quis boni compotem
premii iudicet expertem? At cuius premii? Omnium pulcherrimi maxi
mique. Memento etenim corollarii illius quod paulo ante precipuum dedi.
Ac sic collige. Cum ipsum bonum beatitudo sit. bonos omnes eo ipso
quod boni sint fieri beatos liquet. Sed qui beati sint deos esse conuenit.
Est igitur premium bonorum quod nullus deterat dies. nullius minuat
potestas. nullius fuscet improbitas. deos fieri. Que cum ita sint de
malorum quoque inseparabili pena dubitare sapiens nequeat. Nam cum
bonum malumque item pene atque premium aduersa fronte dissideant. sese
que in boni premio uidemus accedere. eadem necesse est in mali
pena contraria parte respondeant. Sicut igitur probis probitas ipsa
fit premium. ita improbis nequitia ipsa supplicium. Iam uero quisquis afficitur
pena. malo se affectum esse non dubitat. Si igitur sese ipsi estimare uelint.
possuntne sibi supplicii uideri expertes. quos omnium malorum extrema
nequitia non afficit modo. uerum etiam uehementer inficit. Uide
autem ex aduersa parte bonorum. que improbos poena comitetur.
Omne namque quod sit unum esse ipsumque unum bonum esse paulo ante
didicisti. Cui consequens est. ut omne quod sit id etiam bonum esse
uideatur. Hoc igitur modo quicquid a bono deficit. esse desistit. Quo fit
ut mali desinant esse quod fuerant. Sed fuisse homines adhuc
ipsa humani corporis reliqua species ostentat. Quare uersi in malitiam humanam
quoque amisere naturam. Sed cum ultra homines quemque prouehere sola probitas
possit. necesse est ut quos ab humana condicione deiecit. infra hominis meritum
detrudat improbitas. Euenit igitur ut quem transformatum uitiis uideas.
hominem estimare non possis. Auaritia feruet alienarum opum uiolentus
ereptor. lupi similem dixeris. Ferox atque inquies linguam litigiis
exercet. cani comparabis. Insidiator occultus subripuisse fraudibus
gaudet. uulpeculis exequetur. Ire intemperans fremit. leonis
animum gestare credatur. Pauidus ac fugax non metuenda for
midat. ceruis similis. Segnis ac stupidus torpet. asinum uiuit.

Leuis atque inconstans studia permutat. nihil auibus differt. Foedis inmundisque libidinibus inmergitur. sordidae suis uoluptate detinetur. Ita fit ut qui probitate deserta homo esse desierit. cum in diuinam condicionem transire non possit. uertatur in beluam. METRUM GLICONIUM.

Vela Neritii ducis. Et uagas pelago rates. Eurus appulit insulae.
Pulchra qua residens dea. Solis edita semine. Miscet hospitibus nouis.
Tacta carmine pocula. Quos ut in uarios modos. Vertit herbipotens manus.
Hunc apri facies tegit. Ille marmaricus leo. Dente crescit et unguibus.
Hic lupis nuper additus. Flere dum parat ululat. Ille tigris ut indica
tecta mitis obambulat. Sed licet uariis malis. Numen arcadis alitis. Obsitum
miserans ducem. Peste soluerit hospitis. Iam tamen mala remiges. Ore pocula
traxerant. Iam sues cerealia. Glande pabula uerterant. Et nihil manet
integrum. Voce corpore perditis. Sola mens stabilis super. Monstra quae patitur
gemit. O leuem nimium manum. Nec potentia gramina. Membra quae ualeant
licet. Corda uertere non ualent. Intus est hominum uigor. Arce conditus abdita. Haec
uenena potentius. Detrahunt hominem sibi. Dira quae penitus meant.
Nec nocentia corpori. Mentis uulnere saeuiunt.

Tum ego. Fateor inquam. nec iniuria dici. Video uitiosos tametsi humani corporis speciem seruent. in beluas tamen animorum qualitate mutari. Sed quorum atrox scelerataque mens bonorum pernicie saeuit. id ipsum eis licere noluissem. Nec licet inquit. uti conuenienti monstrabitur loco. Sed tamen si id ipsum quod licere creditur auferatur. magna ex parte sceleratorum hominum poena releuetur. Etenim quod incredibile cuiquam forte uideatur. infeliciores necesse est esse malos cum cupita perfecerint. quam si ea quae cupiunt implere non possint. Nam si miserum est uoluisse praua. potuisse miserius est. Sine quo uoluntatis miserae langueret effectus. Itaque cum sua singulis miseria sit. triplici infortunio necesse est urgeantur. Quos uideas scelus uelle posse perficere. Accedo inquam. sed uti hoc infortunio cito careant. patrandi sceleris possibilitate deserti uehementer exopto. Carebunt inquit ocius quam uel tu forsitan uelis. uel illi sese aestiment esse carituros. Neque enim est aliquid in tam breuibus uitae metis ita serum quod exspectare longum inmortalis praesertim animus putet. Quorum

ad altiora semper & maiora tendens. Frustrata
magna spes & excelsa facinorum machina atque insperato fine destruitur. Quod
quidem illis miserie modum statuit. Nam si nequitia miseros facit. miserior sit necesse
est diuturnior nequam. Quos infelicissimos esse iudicarem. si non eorum malitiam saltem
mors extrema finiret. Etenim si de prauitatis infortunio uera conclusimus.
infinitam liquet esse miseriam. quam esse constat eternam. Tum ego. Mira quidem inquam
& concessu difficilis inlatio. Sed his que prius concessa sunt nimium conuenire cognosco.
Recte inquit estimas. Sed qui conclusioni accedere durum putat. equum est falsum
aliquid precessisse demonstret. uel collationem propositionum non esse efficacem. necessarie
conclusionis ostendat. Alioquin concessis precedentibus: nihil prorsus est quod de illatione
causetur. Nam hoc quoque quod dicam non minus mirum uideatur. Sed ex his que
sumpta sunt. aeque est necessarium. Quidnam inquam. Feliciores inquit esse
improbos supplicia luentes. quam si eos nulla iustitie poena coherceat. Neque
id nunc molior. quod cuiuis ueniat in mentem. corrigi ultione prauos mores. & ad
rectum supplicii terrore duci. ceteris quoque in exemplum esse culpanda fugiendi.
Sed alio quodam modo infeliciores esse improbos arbitror impunitos. tamet si
nulla ratio correctionis. nullus respectus habeatur exempli. & quis erit inquam
preter hos alius modus. & illa. bonos igitur esse felices. malos uero miseros nonne concessimus.
ita est inquam. Si igitur miseriae cuipiam bonum aliquid addatur. nonne felicior est eo cui
pura ac solitaria sine cuiusquam boni admixtione miseria est. Sic inquam uidetur.
Quid si eidem misero qui cunctis careat bonis preter ea quibus miser est. malum aliud
fuerit annexum. Nonne multo infelicior eo censendus est cui infor
tunium boni [illegible] participatione releuatur. Quidni. inquam.
Habent igitur improbi cum puniuntur quidem boni aliquid annexum poenam ipsam
scilicet que ratione iustitie bona est. Idemque cum supplicio carent. inest
eis aliquid ulterius mali. ipsa impunitas quam iniquitatis merito malum esse confessus
es. Negare non possum. Multo igitur infeliciores improbi sunt iniusta impunitate donati
quam iusta ultione puniti. Sed puniri improbos iustum. impunitos uero elabi
iniquum esse manifestum est. Quis id neget. Sed ne illud quidem ait quisquam negabit
bonum esse, quod iustum est. Contraque quod iniustum est malum. Liquere respondi.
Tum ego. ista quidem consequentia sunt eis que paulo ante conclusa sunt. Sed
queso inquam te. nullane animarum supplicia post defunctum morte corpus

Marginal glosses (left): terminum mensuram; est imposuit; scilicet ne addant peiora mala prioribus malis; Vel fugiendo que culpanda sunt nec hoc dico; preter illa mala quibus est malus & miser; Quia non sustinent hoc quod merentur. scilicet penam & hoc est iniusta impunitas.

Marginal glosses (right): propositio; conclusio quam minus uidetur ut tunc sit homo felix quando moritur; per correctionem: gant prauos mores; miseria; remunerando.

relinquis. Et magna quidem inquit quorum alia penali acerbitate alia uero
purgatoria clementia exerceri puto. Sed nunc de his disserere consilium
non est. Id uero egimus, ut que indignissima tibi uidebatur malorum pote-
stas eam nullam esse cognosceres. Quosque impunitos querebare uideres
numquam improbitatis sue carere suppliciis. Licentiam quam cito finiri
precabaris nec longam esse disceres. Infelicioremque fore si diuturnior,
infelicissimam uero si esset eterna. Post hec miseriores esse improbos iniusta
impunitate dimissos quam iusta ultione punitos. Cui sententie consequens
est ut tum demum grauioribus suppliciis urgeantur cum impuniti esse
creduntur. Tum ego cum tuas inquam rationes considero, nihil dici uerius
puto. At si ad hominum iudicia reuertar quis ille est cui hec non credenda
modo sed saltem audienda uideantur? Ita est inquit illa. Nequeunt enim
oculos tenebris assuetos ad lucem perspicue ueritatis attollere.
similesque auibus sunt quarum intuitum nox illuminat dies cecat.
Dum enim non rerum ordinem sed suos intuentur affectus uel licentiam uel
impunitatem scelerum putant esse felicem. Vide autem quid eterna lex
sanciat. Melioribus animum conformaueris nihil opus est iudice
premium deferente. Tu te ipse excellentioribus addidisti. Studium
ad peiora deflexeris extra ne quesieris ultorem. Tu te ipse in de-
teriora trusisti ueluti si uicibus sordidam humum celumque respicias.
cunctis extra cessantibus ipsa cernendi ratione nunc ceno nunc
sideribus interesse uidearis. At uulgus ista non respicit. Quid igitur?
hisne accedamus quos beluis similes esse monstrauimus? Quid si quis
amisso penitus uisu ipsum etiam se habuisse obliuisceretur intuitum.
nihilque sibi ad humanam perfectionem deesse arbitraretur. num ui-
dentes eadem cecos putaremus? Nam ne illud quidem adquiescent,
quod eque ualidis rationum nititur firmamentis. infeliciores eos esse qui faci-
unt quam qui patiantur iniuriam. Vellem inquam has ipsas audire rationes.
Omnem inquit improbum num supplicio dignum negas? Minime.
Infelices uero esse qui sunt improbi multipliciter liquet. Ita inquam. Qui igitur
supplicio digni sunt miseros esse non dubitas? Conuenit inquam.

Sed cognitor ac resideres, cui supplicium inferendum putares,
eine qui fecisset an qui pertulisset iniuriam? Nec ambigo, inquam,
quin perpesso satis facere dolore facientis. Miserior igitur tibi
iniuriae inlator quam acceptor esse videretur. Consequitur, inquam. Hinc igitur aliis
de causis ea radice nitentibus, quod turpitudo suapte natura miseros
faciat, apparet illatam cuilibet iniuriam non accipientis sed inferen-
tis esse miseriam. Atqui nunc, ait, contra faciunt oratores. Pro his
enim qui grave quid acerbumque perpessi sunt miserationem iudicum excitare
conantur, cum magis admittentibus iustior miseratio debeatur;
quos non ab iratis sed a propitiis potius miserantibusque accusatoribus
ad iudicium veluti aegros ad medicum duci oportebat, ut culpe
morbos supplicio resecarent. Quo pacto defensorum opera vel tota
frigeret vel, si prodesse hominibus mallet, in accusationis habitum ver-
teretur. Ipsi quoque improbi, si eis aliqua rimula virtutem relictam
fas esset aspicere vitiorumque sordes poenarum cruciatibus se deposi-
turos viderent compensatione adipiscendae probitatis, nec hos
cruciatus esse ducerent defensorumque opera repudiarent ac se totos
accusatoribus iudicibusque permitterent. Quo fit ut apud sapientes
nullus prorsus odio locus relinquatur. Nam bonos quis nisi stultissimus
oderit? Malos vero odisse ratione caret. Nam si, uti corporum
languor, ita vitiositas quidam est quasi morbus animorum, cum aegros
corpore minime dignos odio sed potius miseratione iudicemus,
multo magis non insequendi sed miserandi sunt quorum mentes omni
languore atrocior urget improbitas. Metrum saphicum et falecium.

Quid tantos iuvat excitare motus et propria fatum sollicitare manu?
Si mortem petitis, propinquat ipsa. Sponte sua volucres nec re-
moratur equos. Quos serpens leo tigris ursus aper dente petunt,
idem se tamen ense petunt. An distant quia dissidentque mores,
Iniustas acies et fera bella movent alternisque volunt perire telis?
Non est iusta satis saevitiae ratio. Vis aptam meritis vicem
referre? Dilige iure bonos et miseris ede malis.

Una eademque conclusione

Soliditatis roboratis firmatis fulcitis

Scilicet ut puniant hic in presenti.

Lege [illegible] et si filios improbos puniremt

Sapphicum metrum faleucium [illegible] habens subiectum elegiacum.

soliditate

commovere artificiosa

loquacitate

Hic ego. video inquam quae sit vel felicitas vel miseria in ipsis proborum atque improborum meritis constituta. Sed in hac ipsa fortuna populari non nihil boni malive inesse perpendo. Neque enim sapientum quisquam exul. inops. ignominiosusque esse malit potius quam pollens opibus. honore reverendus. potentia validus. in sua permanens urbe florere. Sic enim clarius testatiusque sapientiae tractatur officium. cum in contingentes populos regentium quodam modo beatitudo transfunditur. cum praesertim carcer. nex ceteraque legalium tormenta poenarum perniciosis potius civibus propter quos etiam constituta sunt debeantur. Cur haec igitur versa vice mutentur. scelerumque supplicia bonos premant. praemia virtutum mali rapiant. vehementer admiror. Quaeque tam iniustae confusionis ratio videatur ex te scire desidero. Minus etenim mirarer si misceri omnia fortuitis casibus crederem. Nunc stuporem meum deus rector exaggerat. Qui cum saepe bonis iocunda. malis aspera. contraque bonis dura tribuat. malis optata concedat. Nisi causa deprehenditur. Quid est quod a fortuitis casibus differre videatur? Nec mirum inquit si quid ordinis ignorata ratione temerarium confusumque credatur. Sed tu quamvis causam tantae dispositionis ignores. tamen quoniam bonus mundum rector temperat. recte fieri cuncta ne dubites.

Metrum faleuceum pentametrum.

Si quis arcturi sidera nescit propinqua summo cardine labi. Cur legat tardus plaustra bootes. Mergatque seras aequore flammas. Cum nimis celeres explicet ortus. Legem stupebit aetheris alti. Palleant plenae cornua lunae. Infecta metis noctis opacae. Quaeque fulgenti texerat ore. Confusa phoebe detegat astra. Commovet gentes publicus error. Lassantque crebris pulsibus aera. Nemo miratur flamina chori. Litus frementi tundere fluctu. Nec nivis duram frigore molem. Fervente phoebi solvier aestu. Hic enim causas cernere promptum est. Illic latentes pectora turbant. Cuncta quae rara provehit aetas. Stupetque subitis mobile vulgus. Cedat inscitiae nubilus error. Cessent profecto mira videri.

Ita est inquam. Sed cum tui muneris sit latentium rerum causas evolvere.

Ut beatus papa gregorius dicit obscura sunt tunc iudicia dei quando bonis bona malisque mala tribuit quam quando econtra.

uelata caligine explicare rationes. Quaeso utique hinc decernas.
& quoniam hoc me miraculum maxime perturbat edisseras. Tum illa pau-
lisper arridens. Ad rem me inquit omnium quaesitu maximam uocas.
cui uix exhausti quicquam satis sit. Talis namque materia est. ut una dubi-
tatione succisa. innumerabiles aliae uelut hydrae capita succrescant.
nec ullus fuerit modus. nisi quis eas uiuacissimo mentis igne coerceat.
In hac enim de prouidentiae simplicitate. de fati serie. de repentinis
casibus. de cognitione ac praedestinatione diuina. de arbitrii libertate
quaeri solet. quae quanti oneris sint ipse perpendis. Sed quoniam haec
quoque te nosse quaedam medicinae tuae portio est. quamquam angu-
sto limite temporis septi. tamen aliquid delibare conabimur. Quod si te
musici carminis oblectamenta delectant. hanc oportet paulisper
differas uoluptatem. dum nexas sibi ordine contexo rationes.
Ut libet inquam. Tu uelut ab alio orsa principio ita disseruit.
Omnium generatio rerum. cunctusque mutabilium naturarum progressus.
& quicquid aliquo mouetur modo. causas. ordinem. formas ex diuinae
mentis stabilitate sortitur. Haec in suae simplicitatis arce composita.
multiplicem regendis modum statuit. Qui modus cum in ipsa
diuinae intellegentiae puritate conspicitur. prouidentia nominatur.
Cum uero ad ea quae mouet atque disponit refertur. fatum a ueteribus
appellatum est. Quae diuersa esse facile liquebit. si quis utriusque uim
mente conspexerit. Nam prouidentia est ipsa illa diuina ratio in summo
omnium principe constituta. quae cuncta disponit. Fatum uero inherens
rebus mobilibus dispositio. per quam prouidentia suis quaeque nectit ordi-
nibus. Prouidentia namque cuncta pariter quamuis diuersa. quamuis
infinita complectitur. Fatum uero singula digerit in motum. locis.
formis. ac temporibus distributa. ut haec temporalis ordinis explicatio
in diuinae mentis adunata prospectum prouidentia sit. Eadem uero aduna-
tio digesta atque explicata temporibus. fatum uocetur. Quae licet
diuersa sint. alterum tamen pendet ex altero. Ordo namque fatalis
ex prouidentiae simplicitate procedit. Sicut enim artifex faciende

Videlicet g. bonis mala malisque prospera ueniant ...

Haec s. prouidentia diuine mentis

rei formā mente p̄cipiens mouet ut opꝰ effectū . & q̄ simplicit̄ p̄senta-
rieq; pspexerat . p temporales ordines duc . ita ds̄ puidentia qđe
singulariter stabiliterq; facienda disponit . fato u̾ ipsa hec que dispo
suit multiplicit̄ ac temporalit̄ amministrat . Siue ḡ famulan-
tib; qbdā puidentie diuinis spiritib; fatū exercet̄ . seu anima
seu tota inseruiente natura . seu celestib; siderū motib; seu ange
lica uirtute . seu demonū uaria sollertia . seu aliqb; hoꝝ .
seu omib; fatalis series texit̄ . illud certe manifestū ē . immo-
bile simplicemq; gerendarū rerū ēē puidentiā . fatū u̾ eoꝝ
que diuina simplicitas gerenda disposuit . mobilē nexū
atq; ordinē temporalē . Quo fit ut omia que fato subsunt .
puidentie qq; subiecta sint . cui ipsū etiā subiacet fatū .
Quedā u̾ que sub puidentia locata sunt . fati seriē supent .
Ea u̾ sunt que p̄mae ppinq̄ diuinitati stabilit̄ fixa . fatalis ordinē
mobilitatis excedunt . Nā ut orbiū circa eundē cardinē sese
uertentiū q̄ ē intimꝰ ad simplicitatē medietatis accedit
cetoꝝq; ext̄ locatoꝝ ueluti cardo qđā circa quē uersent̄ ex
istit . Extimꝰ u̾ maiore ambitu rotat̄ . qnto a puncti media
indiuiduitate discedit . tanto amplioribꝰ spatiis explicat̄ .
Siqđ u̾ illi se medio connectat & societ . in simplicitatē cogit̄ .
diffundiq; ac diffluere cessat . simili ratione q̄ longiꝰ a p̄ma
mente discedit . maiorib; fati nexib; implicat̄ . Ac tanto
aliqd fato libꝰ ē . qnto illū rerū cardinē uicinꝰ petit .
Qđ si supne mentis heserit firmitati motu carens fati qq; sup
gredit̄ necessitatē . Igit̄ uti ē ad intellectū ratiocinatio
ad id q̄ ē id q̄ gignit̄ . ad eternitatē tēp . ad punctū mediū
circulꝰ . ita ē fati series mobilis ad puidentie stabilē
simplicitatē . Ea series celū ac sidera mouet . elementa in se
inuicē temperat & alterna commutatione transformat . Eadē
nascentia occidentiaq; omia p similes fetuū seminūq;
renouat pgressus . Hec actꝰ etiā fortunasq; hominū

Dispositio & prouidentia dei con . . .

Ea que . . . fatū co . . . nexa sibi sunt in hoc ea ad dispositione diuine . . . uero fa . . . fatum & simul mobilia

s. series fatal

quod fatum licet mobile sit adheret providentiae indissolubiliter

indissolubili causarum connexione constringit. Que cum ab immo-
bilis providentiae proficiscantur exordiis ipsas quoque immutabiles esse
necesse est. Ita enim res optime reguntur si manens in divina
mente simplicitas indeclinabilem causarum ordinem promat. Hic
vero ordo res mutabiles et alioquin temere fluituras propria incommuta-
bilitate coherceat. Quo fit ut tametsi vobis hunc ordinem minime
considerare valentibus confusa omnia perturbataque videantur nihil
ominus tamen suus modus ad bonum dirigens cuncta disponat.
Nihil est enim quod mali causa ne ab ipsis quidem improbis fiat quos ut
uberrime demonstratum est bonum querentes pravus error
avertat nedum ordo de summi boni cardine proficiscens a suo
quoquam deflectat exordio. Que vero inquies potest ulla iniquior
esse confusio quam ut bonis tum adversa tum prospera malis etiam tum optata tum odiosa
contingant. Num igitur ea mentis integritate homines degunt ut quos
probos improbosve censuerint eos quoque ita existimant esse necesse sit.
Atqui in hoc hominum iudicia depugnant et quos alii premio alii supplicio dignos
arbitrantur. Sed concedamus ut aliquis possit bonos malosque discernere.
Num igitur poterit intueri illam intimam temperiem velut in corporibus dici solet ani-
morum. Non enim dissimile miraculum nescienti cur sanis corporibus his quidem
dulcia illis vero amara conveniant. Cur egri etiam quidam lenibus quidam
vero acribus adiuvantur. At hoc medicus qui sanitatis ipsius atque egritudinis
modum temperamentumque dinoscit minime miratur. Quid vero aliud animorum salus
videtur esse quam probitas. Quid egritudo quam vitia. Quis autem alius vel servator bonorum
vel malorum depulsor quam rector ac medicator mentium deus. Qui cum ex alta providen-
tie specula respexit quid unicuique conveniat agnoscit et quod convenire novit
accommodat. Hic iam fit illud fatalis ordinis insigne miraculum cum ab
sciente geritur quod stupeant ignorantes. Nam ut pauca que ratio
valet humana de divina profunditate perstringam de hoc quem tu iustissimum et
equi servantissimum putas omnia scienti providentie diversum videtur. Et vic-
tricem quidem causam diis victam vero catoni placuisse familiaris noster lucanus
admonuit. Hic igitur quicquid citra spem videas geri rebus quidem rectus ordo est.

bonis moribus fundat

opinioni uero tua peruersa confusio. Sed sit aliquis ita bene moratus ut
de eo diuinum iudicium pariter humanumque consentiat. sed est animi uiribus infirmus.
Cui si quid eueniat aduersi. desinet colere forsitan, aduersia per quam non potuit reti
nere fortunam. Parcit itaque sapiens dispensatio ei quem deteriorem facere possit
aduersitas ne cui non conuenit laborare patiatur. Est alius cunctis uirtutibus abso
lutus sanctusque ac deo proximus. Hunc contingi quibuslibet aduersis nefas prouidentia
iudicat. adeo ut ne corporeis quidem morbis agitari sinat. Nam ut quidam me quoque
excellentior: ΑΝΔΡΟϹ ΔΗ ΙΕΡΟΥ ΔΕΜΑϹ ΑΙΘΕΡΕϹ ΟΙΚΟΔΟΜΗϹΑΝ.
Fit autem sepe uti bonis summa rerum regenda deferatur. ut exuberans retundatur
improbitas. Aliis mixta quedam pro animorum qualitate distribuit. quosdam remordet
ne longa felicitate luxurient. Alios duris agitari ut uirtutes animi
patientie usu atque exercitatione confirment. Alii plus equo metuunt quod
ferre possunt. Alii plus equo despiciunt quod ferre non possunt. hos in experimentum
sui tristibus ducit. Nonnulli uenerandum seculi nomen gloriose pretio mortis
emere. Quidam suppliciis inexpugnabiles exemplum ceteris pretulerunt inuictam
malis esse uirtutem. Que quam recte atque disposite et ex eorum bono quibus accidere
uidentur fiant nulla dubitatio est. Nam illud quoque quod improbis nunc tristia nunc
optata proueniunt. ex eisdem ducitur causis. ac de tristibus quidem nemo miratur.
quod eos male meritos omnes existimant. Quorum quidem supplicia tum ceteros
ab sceleribus deterrent. tum ipsos quibus inuehuntur emendant. Leta uero magnum
bonis argumentum loquuntur. quid de eiusmodi felicitate debeant iudi
care quam famulari sepe improbis cernant. In qua re illud etiam dispensari
credo quod est forsitan alicuius tam preceps atque inportuna natura ut eum in sce
lera potius exacerbare possit rei familiaris inopia. huius morbo prouidentia
collate pecunie remedio medetur. Hic fedatam probris conscientiam expectans
et se cum fortuna sua comparans forsitan pertimescit ne cuius ei iocundus
usus est sit tristis amissio. Mutabit igitur mores ac dum fortunam
metuit amittere nequitiam derelinquit. Alios in cladem meritam precipita
uit indigne acta felicitas. Quibusdam permissum puniendi ius ut exer
citii bonis et malis esset causa supplicii. Nam ut probis atque improbis
nullum fedus est. ita ipsi inter se improbi nequeunt conuenire. Quid ni cum

a semet ipsi discerpentib: conscientiā uitiis q'sq: dissentiant & faciantq: sepe
que cū gesserint n fuisse gerenda decernant. Ex q sepe sūma illa
prudentia paulo insigne miraculū. ut malos mali bonos facerent.
Nā dū in q̄s sibi a pessimis q'dā pp&i uident noxiorū odio flagrantes
ad uirtutis frugē rediere. dū se eis dissimiles studet ēē q's
oderant. Sola ē enim diuina uis. cui mala q'q: bona sint. cū eis competent
utendo aliquius boni elicit effectū. Ordo eni q'dā cuncta coplectit.
ut q ab assignata ordinis ratione decesserit. hoc lic& in aliū tam
ordinē relabat. ne q'd in regno prudentie liceat temeritati. ΑΡΓΑ
ΛΕΟΝ ΔΕ ΜΕ ΤΑΥΤΑ ΘΕΟΝ ΩC ΠΑΝΤΑ ΑΓΟΡΕΥΕΙΝ. neq: eni fas ē
hoī cunctas diuini opis machinas ł ingenio cōphendere. ł expli
care sermone. Hoc tantū pspexisse sufficiat. q naturarū omniū
pditor d's idē ad bonū dirigens cuncta disponit. dūq: ea que
psulit in sui similitudine retinere festinat. malū omne de rei
puplice sue terminis p fatalis seriē necessitatis eliminat. Quo fit.
ut que in terris abundare credunt. si disponentē prudentiā
spectes. nihil umquā mali ēē ppendas. Sed uideo te iā dudū
& pondere questionis oneratū. & rationis plixitate fatigatū.
aliq carminis exspectare dulcedinē. Accipe g haustū q refect
firmior in ultiora cōtendas. Metrū dactilicū archilocicū.

Si uis celsi iura tonantis. Pura sollers cernere mente.
Aspice sūmi culmina celi. Illic iusto federa rerū. Ueterē
seruant sidera pacē. Non sol rutilo cōcit' igne. Gelidū phoebes
impedit axē. Nec que sūmo uertice mundi. Flectit rapidos
ursa meat. Numq occiduo lota pfundo. Cetera cernens sidera
mergi. Cupit oceano tingere flamas. Sēp uicib: temporis equis.
Uesp seras nuntiat umbras. Reuehitq: diē lucifer almū. Sic eternos
reficit cursus. Alternus amor. sic astringens. Bellū discors exulat or
hec concordia temperat aequis. Elimenta modis. ut pugnantia
Uicib: cedant humida siccis. Iungantq: frigora flammis.
Pendulus ignis surgat in altū. Terreq: graues pondere sida

Hisdem causis uere tepenti. Spirat florifer annus odores. Aestas cererem
feruida siccat. Remeat pomis grauis autumnus. Hiemem defluus
irrigat imber. Haec temperies alit et profert. Quicquid uitam spirat in orbe.
Eadem rapiens condit et aufert. Obitu mergens orta supremo. Sedet
interea conditor altus. Rerumque regens. flectit habenas. Rex et dominus
fons et origo. Lex et sapiens arbiter aequi. Et quae motu concitat ire.
Sistit retrahens. ac uaga firmat. Nam nisi rectos reuocans itus.
flexos iterum cogat in orbes. Quae nunc stabilis continet ordo. Dissaepta
suo fonte fatiscant. Hic est cunctis communis amor. Repetuntque
boni fine teneri. Quia non aliter durare queant. Nisi conuerso
rursus amore. Refluant causae quae dedit esse.

Iamne igitur uides quid haec omnia quae diximus consequatur. Quidnam inquam. Omnem
inquit bonam prorsus esse fortunam. Et qui id inquam fieri potest. Attende inquit.
Cum omnis fortuna uel iocunda. uel aspera. tum remunerandi exercendiue
bonos. tum puniendi corrigendiue improbos causa deferatur. omnis
bona quam uel iustam constat esse uel utilem. Nimis quidem inquam uera ratio.
Et si quam paulo ante docuisti prouidentiam fatumue considerem. firmis uiribus
nixa sententia. Sed eam si placet inter eas quas inopinabiles paulo
ante posuisti numeremus. Qui inquit. Quia id hominum sermo
communis usurpat. et quidem crebro quorundam malam esse fortunam.
Visne igitur inquit paulisper uulgi sermonibus accedamus. ne nimium uelut ab
humanitatis usu recessisse uideamur. Ut placet inquam. Nonne igitur bonum
censes esse quod prodest. Ita est inquam. Quae uero aut exercet aut corrigit
prodest. Fateor inquam. Bona igitur. Quidni. Sed haec eorum est qui uel in uirtute po-
siti contra aspera bellum gerunt. uel a uitiis declinantes. uirtutis iter arripi-
unt. Negare inquam nequeo. Quid uero iocunda. quae in praemium tri-
buitur bonis. Num uulgus malam esse decernit. Nequaquam. uerum uti est.
ita quoque esse optimam censet. Quid reliqua. Quae cum sit aspera.
iusto supplicio malos coercet. Num bonam populus putat. Immo
omnium inquam quae excogitari possunt. iudicat esse miserrimam.
Vide igitur ne opinionem populi sequentes. quiddam ualde inopina

Conclusio

Nec se — bile effecerim. Quid inquam. Ex his enim quae concessa sunt evenit eos quidem qui sunt in possessione vel in provectu vel in adeptione virtutis omnem quaecumque sit bonam in improbitate vero manentibus omnem pessimam esse fortunam. Hoc inquam verum est tametsi nemo audeat confiteri. Quare inquit ita vir sapiens moleste ferre non debet quotiens in fortunae certamen adducitur ut virum fortem non decet indignari quotiens increpuit bellicus tumultus. Utrique enim huic quidem gloriae propagandae illi vero conformandae sapientiae difficultas ipsa materia est. Ex quo etiam virtus vocatur quod suis viribus nitens non superetur adversis. Neque enim vos in provectu positi virtutis diffluere deliciis et emarcescere voluptate venistis. Proelium cum omni fortuna animis acre conseritis ne vos aut tristis opprimat aut iocunda corrumpat. Firmis medium occupate viribus. Quicquid aut infra subsistit aut ultra progreditur habet contemptum felicitatis non habet praemium laboris. In vestra enim situm manu qualem vobis fortunam formare malitis. Omnis enim quae videtur aspera nisi aut exercet aut corrigit punit.

Metrum saphicum.

Bella bis quinis operatus annis
Ultor Atrides Frigiae ruinis
Fratris amissos thalamos piavit.
Ille dum Graiae dare vela classi
Optat et ventos redimit cruore,
Exuit patrem miserumque tristis
Foederat natae iugulum sacerdos.
Flevit amissos Ithacus sodales
Quos ferus vasto recubans in antro
Mersit immani Polyphemus alvo.
Sed tamen caeco furibundus ore
Gaudium maestis lacrimis rependit.
Herculem duri celebrant labores.
Ille centauros domuit superbos,
Abstulit saevo spolium leoni,
Fixit et certis volucres sagittis,
Poma cernenti rapuit draconi
Aureo laevam gravior metallo,
Cerberum traxit triplici catena.
Victor immitem posuisse fertur
Pabulum saevis dominum quadrigis.
Hydra combusto periit veneno,
Fronte turpatus Achelous amnis
Ora demersit pudibunda ripis.
Stravit Antaeum Libicis arenis,
Cacus Euandri satiavit iras,
Quosque pressurus foret altus orbis
Saetiger spumis umeros notavit.
Ultimus caelo labor inreflexo
Sustulit collo pretiumque rursus
Ultimi caelum meruit laboris.

Ne sic ... ram aliquid deformi ... tum in quibus nihil acciderit opinionis.

Difficultas rei et periculum cui se opponunt causa illorum.

id est sanguine filiae suae placerdote factam igno rante.

Ite nunc fortes. ubi celsa magni . Ducit exempli via . cur inertes
Terga nudatis . Superata tellus . Sidera donat . Anicii Manlii
Severini Boetii exconsule ordinarii patricii philosophie
consolationis explicit liber IIII . Incipit lib V .

Dixerat . orationisque cursum ad alia quedam tractanda atque expedienda
vertebat . Tum ego . Recta inquam quidem exhortatio . tuaque prorsus auc-
toritate dignissima . Sed quod tu dudum de providentia questionem
pluribus aliis implicitam esse dixisti . re experior . Quero enim an esse
aliquid omnino . et quidnam esse casum arbitrere . Tum illa . Festino
inquit debitum promissionis absolvere . viamque tibi qua patriam reveharis
aperire . Hec autem etsi perutilia cognitu . tamen a proposito nostri tramite
paulisper aversa sunt . Verendumque est ne deviis fatigatus . ad emetiendum
rectum iter sufficere non possis . Ne id inquam prorsus vereare . Nam quietis mihi
loco fuerit ea quibus maxime delector agnoscere . Simul cum omne disputa-
tionis tue latus indubitata fide constiterit . nihil de sequentibus ambigatur .
Tum illa . Morem inquit geram tibi . Simulque sic orsa est . Si quidem inquit aliquis eventum
temerario motu . nullaque causarum conexione productum casum esse defini-
at . nihil omnino casum esse confirmo . Et preter subiecte rei significationem inanem
prorsus vocem esse decerno . Quis enim coherente in ordine cuncta deo locus esse
ullus temeritati reliquus potest . Nam nihil ex nihilo existere vera
sententia est . cui nemo umquam veterum refragatus est . Quamquam illi non de operante
principio . sed de materiali subiecto . hoc omnium de natura rationum quasi
quoddam iecerint fundamentum . At si nullis ex causis aliquid oriatur . id de nihilo
ortum esse videbitur . Quod si hoc fieri nequit . ne casum quidem huiusmodi esse possibile
est qualem paulo ante diffinivimus . Quid igitur inquam . nihilne esse quod vel
casus vel fortuitum iure appellari queat . An est aliquid tametsi vulgus
lateat . cui vocabula ista conveniant . Aristoteles meus id inquit in physicis
et brevi et veri propinqua ratione diffinivit . Quonam inquam modo .
Quotiens ait aliquid cuiuspiam rei gratia geritur . aliudque quibusdam de causis
quam quod intendebatur obtingit . casus vocatur . Ut si quis colendi agri
causa fodiens . humum defossi auri pondus inveniat . Hoc igitur for-

tuitu quod deest credatur accidisse. verum non de nihilo est. nam proprias causas
habet. quarum inprovisus inopinatusque concursus casum videtur operatus. Nam
cultor agri humum foderet. ni eo loci pecuniam suam depositor obru
isset. aurum non esset inventum. Haec igitur fortuiti causae compendii.
Quod ex obviis sibi et confluentibus causis. non ex gerentis intentione
provenit. Neque enim vel qui aurum obruit vel qui agrum exercuit ut ea
pecunia repperiretur intendit. Sed uti dixi quo ille obruit hunc
fodisse convenit atque concurrit. Licet igitur definire casum esse inopinatum
ex confluentibus causis in his quae ob aliquid geruntur eventum. Concur
rere vero atque confluere causas facit ordo ille inevitabili conexi
one procedens. qui de providentiae fonte descendens cuncta suis
locis temporibus disponit. Metrum elegiacum.

Rupis achimeniae scopulis ubi versa sequentum pectoribus figit
spicula pugna fugax. Tigris et eufrates uno se fonte resolvunt.
Et mox abiunctis dissociantur aquis. Si coeant cursumque iterum revo
centur in unum. Confluat alterni quod trahit unda vadi. Convenient
puppes et vulsi flumine trunci. Mixtaque fortuitos implicet
unda modos. Quos tamen ipsa vagos terrae declivia casus. Gurgitis
et lapsi defluus ordo regit. Sic quae permissis fluitare videtur
habenis fors patitur frenos ipsaque lege meat.

Animadverto inquam idque uti tu dicis ita esse consentio. Sed in hac
haerentium sibi serie causarum. estne ulla nostri arbitrii libertas. an
ipsos quoque humanorum motus animorum fatalis catena constrin
git. Est inquit. Neque enim fuerit ulla rationalis natura
quin eidem libertas adsit arbitrii. Nam quod ratione uti naturaliter
potest id habet iudicium quo quidque discernat. Per se igitur fugi
enda optandave dinoscit. Quod vero quis optandum esse iudicat
petit. Refugit vero quod aestimat esse fugiendum. Quare quibus
in ipsis inest ratio inest etiam volendi nolendique libertas.
Sed hanc non in omnibus aequam esse constituo. Nam supernis divinisque
substantiis et perspicax iudicium et incorrupta voluntas et

efficax optatorum praestat potestas. Humanas uero animas liberiores quidem esse necesse est cum se in mentis diuinae speculatione conseruant. minus uero cum dilabuntur ad corpora. minusque cum terrenis artubus colligantur.
Extrema uero est seruitus cum uitiis deditae rationis propriae possessione ceciderunt. Nam ubi oculos a summae luce ueritatis ad inferiora et tenebrosa deiecerint. mox inscitiae nube caligant. perniciosis turbantur affectibus.
Quibus accedendo consentiendoque quam inuexere sibi adiuuant seruitutem.
Et sunt quodam modo propria libertate captiuae. Quae tamen ille ab aeterno cuncta prospiciens prouidentiae cernit intuitus. et suis quaeque meritis praedestinata disponit.
ΠΑΝΤ ΕΦΟΡΑΝ ΚΑΙ ΠΑΝΤ ΕΠΑΚΟΥΕΙΝ. Metrum dactylicum archilochicum.

Puro clarum lumine phoebum. Melliflui canit oris homerus.
Qui tamen intima uiscera terrae. Non ualet aut pelagi radiorum.
Infirma perrumpere luce. Haud sic magni conditor orbis. Huic ex alto cuncta tuenti. Nulla terrae mole resistunt. Non nox atris nubibus obstat.
Quae sint quae fuerint ueniantque. Uno mentis cernit in ictu. Quem quia respicit omnia solus. Uerum possis dicere solem.

Tum ego. En inquam difficiliore rursus ambiguitate confundor. Quaenam inquit ista est. Iam enim quibus perturbere coniecto. Nimium inquam aduersari ac repugnare uidetur praenoscere uniuersa deum et esse ullum libertatis arbitrium. Nam si cuncta prospicit deus neque falli ullo modo potest. euenire necesse est quod prouidentia futurum esse praeuiderit. Quare si ab aeterno non facta hominum modo sed etiam consilia uoluntatesque praenoscit. nulla erit arbitrii libertas. Neque enim fieri ullum aliud factum neque ulla existere poterit uoluntas. nisi quam nescia falli prouidentia diuina praesenserit. Nam si aliorsum quam prouisae sunt detorqueri ualent. non iam erit futuri firma praescientia. sed opinio potius incerta. Quod de deo credere nefas iudico. Neque enim illam probo rationem qua se quidam credunt hunc quaestionis nodum posse dissoluere. Aiunt enim non ideo quid esse euenturum quoniam id prouidentia futurum esse prospexerit. sed e contrario potius quoniam quid futurum est id diuinam prouidentiam latere non posse. eoque modo necessarium hoc in contrariam relabi partem. Neque enim necesse esse contingere quae prouidentur. sed necesse esse quae futura sunt prouideri. Quasi uero quae cuius rei causa sit

praescientiae ne futurorum necessitas, an futurorum necessitate providentia labo-
retur. At nunc illud demonstrare nitamur, quoquo modo sese habeat ordo cau-
sarum, necessarium esse eventum praescitarum rerum, etiam si praescientia futuris
rebus eveniendi necessitatem non videatur inferre. Etenim si quispiam sedeat,
opinionem quae eum sedere coniectat veram esse necesse est. Atque e converso
rursus si de quopiam vera sit opinio quoniam sedet, eum sedere necesse est. In utroque
igitur necessitas inest. In hoc quidem sedendi, at vero in altero veritatis. Sed non
idcirco quisque sedet quoniam vera est opinio, sed haec potius vera est quoniam
quempiam sedere praecessit. Ita cum causa veritatis ex altera parte procedat,
inest tamen communis in utraque necessitas. Similia de providentia
futurisque rebus ratiocinari patet. Nam etiam si idcirco quoniam futura
sunt providentur, non vero ideo quoniam providentur eveniunt, nihilo minus
tamen a deo vel eventura provideri vel provisa necesse est evenire, quod ad perimendam
arbitrii libertatem solum satis est. Iam vero quam praeposterum est ut aeternae praescien-
tiae temporalium rerum eventus causa esse dicatur. Quid est autem aliud arbitrari
ideo deum futura quoniam sunt eventura providere, causam summae illius esse pro-
videntiae. Ad haec sicuti cum quid esse scio, id ipsum esse necesse est, ita cum
quid futurum novi, id ipsum futurum esse necesse est. Sic fit igitur ut eventus praescitae rei
nequeat evitari. Postremo si quid aliquis aliorsum atque sese res habet
existimet, id non modo scientia non est, sed est opinio fallax ab scientiae veri-
tate longe diversa. Quare si quid ita futurum est ut eius certus ac neces-
sarius non sit eventus, id eventurum esse praesciri qui poterit? Sic enim scientia
ipsa inpermixta est falsitati, ita id quod ab ea concipitur esse aliter atque
concipitur nequit. Ea namque causa est cur mendacio scientia careat, quod
se ita rem quamque habere necesse est uti eam habere scientia comprehendat. Quid igitur? Quo-
nam modo deus haec incerta futura praenoscit? Nam si inevitabiliter eventura censet quae
etiam non evenire possibile est, fallitur. Quod non sentire modo nefas est sed etiam voce
proferre. At si ita uti sunt ita ea futura esse decernat, ut aeque vel fieri ea vel non
fieri posse cognoscat, quae est haec praescientia quae nihil certum nihil
stabile comprehendit? Aut quid hoc refert vaticinio illo ridiculo
Tiresiae: Quicquid dicam aut erit aut non. Quid etiam divina

Tiresia quidam dicitur fuisse duarum naturarum. quidam dicunt unam ex sibillis fuisse.

Cambridge University Library
Licensed under Creative Commons Attribution-NonCommercial 4.0 Unported License (CC BY-NC 4.0)

t in quo precellit
t in quo eminet

prouidentia humana opinione praestitit. si uti homines incerta iudicat.
quorum est incertus euentus. Quod si apud illum rerum omnium certissimum
fontem nihil incerti esse potest. certus eorum est euentus. quae futura firmiter
ille praescierit. Quare nulla est humanis consiliis actionibusque libertas. quas
diuina mens sine falsitatis errore cuncta prospiciens. ad unum alligat
et constringit euentum. Quo semel recepto quantus occasus humanarum rerum
consequatur liquet. Frustra enim bonis malisque praemia poenaeue proponuntur.
quae nullus meruit liber ac uoluntarius motus animorum. Idque omnium
uidebitur iniquissimum. quod nunc aequissimum iudicatur. uel puniri improbos.
uel remunerari probos. quos ad alterutrum non propria mittit uoluntas.
sed futuri cogit certa necessitas. Nec uitia igitur nec uirtutes quicquam
fuerint. sed omnium meritorum potius mixta atque indiscreta confusio.
Quoque nihil sceleratius excogitari potest. cum ex prouidentia rerum
omnis ordo ducatur. nihilque consiliis liceat humanis. fit ut uitia quoque
nostra ad bonorum omnium referantur auctorem. Igitur nec sperandi aliquid nec depre-
candi ulla ratio est. Quid enim uel speret quisque uel etiam deprecetur. quando optanda
omnia series indeflexa conectit. Auferetur igitur unicum illud inter homines deumque
commercium sperandi scilicet ac deprecandi. Si quidem iustae humilitatis
pretio inestimabilem uicem diuinae gratiae promeremur. Qui solus modus est
quo cum deo colloqui homines posse uideantur. illique inaccessae luci prius quoque quam im-
petrent ipsa supplicandi ratione coniungi. Quae si recepta futurorum
necessitate nihil uirium habere credantur. quid erit quo summo illi rerum principi
conecti atque adherere possimus. Quare necesse sit humanum genus
uti paulo ante cantabas dissaeptum atque disiunctum suo fonte
fatiscere. Metrum uariis pedibus constans.

Quaenam discors foedera rerum. Causa resoluit. Quis tanta deus
Ueris statuit bella duobus. Ut quae carptim singula constent
Eadem nolint mixta iugari. An nulla est discordia ueris.
Semperque sibi parata coherent. Sed mens caecis obruta membris
Nequit oppressi luminis igne. Rerum tenues noscere nexus. Sed cur
tanto flagrat amore. Ueri tectas reperire notas.

uel semel concesso et assumpto quod diuina prescientia omnia constringat siue ad bonum siue ad malum

pro humilitatis iustae salus in homines coniungi

Scitne quod appetit anxia nosse? Sed si quis nota scire laborat? At si
nescit quid caeca petit? Quis enim quicquam nescius optat? Aut quis valeat
nescita sequi? Quove inveniat? Quis repertam Queat ignarus noscere
formam? An cum mentem cerneret altam, Pariter summam et singula norat?
Nunc membrorum condita nube Non in totum est oblita sui. Summamque tenet et singula
perdens. Igitur quisquis vera requirit, Neutro est habitu, nam neque novit
Nec penitus tamen omnia nescit. Sed quam retinens meminit summam
Consulit alte visa retractans, Ut servatas queat oblitas
addere partes.

Tum illa. Vetus inquit, haec est de providentia querela, Marcoque
Tullio cum divinationem distribuit vehementer agitata, tibique ipsi res
diu prorsus multum quaesita. Sed haud quaquam ab ullo vestrum hactenus
satis diligenter ac firmiter expedita. Cuius caliginis causa est, quod humanae
ratiocinationis motus ad divinae praescientiae simplicitatem non potest
admoveri. Quae si ullo modo cogitari queat, nihil prorsus relinquetur
ambigui. Quod ita demum patefacere atque expedire temptabo, si prius
ea quibus moveris expendero. Quaero enim cur illam solventium rationem
minus efficacem putes, quae quia praescientiam non esse futuris rebus existimat
causam necessitatis, nihil impediri praescientia arbitrii libertatem
putat. Num enim tu aliunde argumentum futurorum necessitatis trahis,
nisi quod ea quae praesciuntur non evenire non possunt? Si igitur praenotio nullam futuris
rebus adicit necessitatem, quod tu etiam paulo ante fatebare, quid est quod volun-
tarii exitus rerum ad certum cogantur eventum? Etenim positionis gratia,
ut quid consequatur advertas, statuamus nullam esse praescientiam. Num igitur quantum
ad hoc attinet, quae ex arbitrio eveniunt ad necessitatem cogantur?
Minime. Statuamus iterum esse, sed nihil rebus necessitatis iniungere.
Manebit ut opinor eadem voluntatis integra atque absoluta
libertas. Sed praescientia inquies, tametsi futuris eveniendi necessitas non est,
signum tamen est necessario ea esse ventura. Hoc igitur modo, etiam si praecogni-
tio non fuisset, necessarios futurorum exitus esse constaret. Omne etenim
signum tantum quid sit ostendit, non vero efficit quod designat. Quare de...

demonstrandum prius est nihil omnino necessitatis contingere ut praenotionis
signum esse huius necessitatis appareat. Si enim nulla est ne illa quidem eius
rei signum poterit esse quae non est. Iam vero probationem firma ratione sub
nixam constat non ex signis neque petitis extrinsecus argumentis.
sed ex convenientibus necessariisque causis esse ducendam. Sed qui
fieri potest ut ea non proveniant quae futura esse providentur? Quasi vero nos ea
quae providentia futura praenoscit non esse eventura credamus ac non illud potius
arbitremur licet eveniant nihil tamen ut evenirent sui natura neces
sitatis habuisse. Quod hinc facile perpendas licet. Plura enim dum
fiunt subiecta oculis intuemur. Ut ea quae in quadrigis mode
randis atque flectendis facere spectantur aurigae atque ad hunc
modum cetera. Num igitur quicquam illorum ita fieri necessitas ulla compellit?
Minime. Frustra enim esset artis effectus si omnia coacta move
rentur. Quae igitur cum fiunt carent existendi necessitate futura sunt. Qua
re sunt quaedam eventura quorum exitus ab omni necessitate sit absolutus.
Nam illud quidem nullum arbitror esse dicturum quod quae nunc fiunt priusquam
fierent eventura non fuerint. Haec igitur etiam praecognita liberos habent
eventus. Nam sicut scientia praesentium rerum nihil his quae fiunt
ita praescientia futurorum nihil his quae ventura sunt necessitatis
importat. Sed hoc inquis ipsum dubitatur an earum rerum quae neces
sarios exitus non habent ulla possit esse praenotio. Dissonare etenim
videntur. Putasque si praevideantur consequi necessitatem si necessitas
desit minime praesciri. Nihilque scientia comprehendi posse nisi certum.
Quod si quae incerti sunt exitus ea quasi certa providentur opinio
nis id esse caliginem non scientiae veritatem. Aliter enim ac sese res
habeat arbitrari ab integritate scientiae credis esse diversum.
Cuius erroris causa est quod omnia quae quisque novit ex ipsorum tantum vi atque natura
cognosci aestimat quae sciuntur quod totum contra est. Omne enim quod cognoscitur
non secundum sui vim sed secundum cognoscentium potius comprehendit facultatem.
Nam ut hoc brevi liqueat exemplo eandem corporis rotunditatem
aliter visus aliter tactus agnoscit. Ille eminus manens totum simul iactis

radiis intuetur. Hic uero coherens orbi atque coniunctus circa ipsum motabilis
rotunditatem partibus comprehendit. Ipsum quoque hominem aliter sensus. aliter imagi-
natio. aliter ratio. aliter intellegentia contuetur. Sensus enim figuram in subiecta
materia constitutam. imaginatio uero solam sine materia iudicat figuram. Ratio
uero hanc quoque transcendit. speciemque ipsam que singularibus inest univer-
sali consideratione perpendit. Intellegentiae uero celsior oculus existit.
Supergressa namque universitatis ambitum. ipsam illam simplicem formam pura mentis
acie contuetur. In quo illud maxime considerandum est. Nam superior comprehendendi
uis amplectitur inferiorem. Inferior uero ad superiorem nullo modo consurgit.
Neque enim sensus aliquid extra materiam ualet. uel universales species imagina-
tio contuetur. uel ratio capit simplicem formam. Sed intelligentia quasi desuper
spectans concepta forma que subsunt. etiam cuncta diiudicat. Sed eo modo quo
formam ipsam que nulli alii nota esse poterat comprehendit. Nam et rationis uni-
uersum. et imaginationis figuram. et materiale sensibile cognoscit. nec
ratione utens. nec imaginatione nec sensibus. sed illo uno ictu mentis for-
maliter ut ita dicam cuncta prospiciens. Ratio quoque cum quid universale respicit.
nec imaginatione nec sensibus utens. imaginabilia uel sensibilia comprehendit.
Hec est enim que conceptionis sue universale ita definit. homo est animal bipes ra-
tionale. Que cum universalis notio sit. tum imaginabilem sensibilemque esse rem
nullus ignorat. quod illa non imaginatione uel sensu sed rationali
conceptione considerat. Imaginatio quoque tametsi ex sensibus uisendi
formandique figuras sumpsit exordium. sensu tamen absente
sensibilia queque conlustrat. non sensibili sed imaginabili ratione
iudicandi. Videsne igitur ut in cognoscendo cuncta sua potius facul-
tate quam eorum que cognoscuntur utantur. Neque id iniuria. Nam cum omne
iudicium iudicantis actus existat. necesse est ut suam quisque operam non ex ali-
ena sed ex propria potestate perficiat. Metrum anapesticum pin-
daricum.

Quondam porticus attulit. Obscuros nimium senes.
Qui sensus et imagines. E corporibus extimis.
Credant mentibus imprimi. Ut quondam celeri stilo. Mos est equore pagine.
Que nullas habeat notas. Pressas figere litteras. Sed mens si propriis uigens.

Ab extimis corporibus forinsecus scilicet ante positis
quia ab illis sumuntur imagines.

Nihil motibus explicat. Sed tantum patiens iacet. Notas subdita corporum.
Cassisque in speculi vicem. Rerum reddit imagines. Unde haec sic animis viget.
Cernens omnia notio. Quae vis singula perspicit. Aut quae cognita dividit.
Quae divisa recolligit. Alternumque legens iter. Nunc summis caput inserit.
Nunc decedit in infima. Tum sese referens sibi. Veris falsa redarguit.
Haec est efficiens magis. Longe causa potentior. Quam quae materiae
modo. Impressas patitur notas. Praecedit tamen excitans. Ac vires animi
movens. Vivo in corpore passio. Cum vel lux oculos ferit. Vel vox
auribus instrepit. Tum mentis vigor excitus. Quas intus species tenet.
Ad motus similes vocans. Notis applicat exteris. Introrsumque
reconditis formis miscet imagines.

Quod si in corporibus sentiendis. quamvis afficiant instrumenta sensuum
forinsecus obiectae qualitates animique agentis vigorem passio corpo
ris antecedat. quae in se actum mentis provocet excitetque interim quiescen
tes intrinsecus formas. si in sentiendis inquam corporibus animus non passio
ne insignitur. sed ex sua vi subiectam corpori iudicat passionem. quanto
magis ea quae cunctis corporum affectionibus absoluta sunt. in discer
nendo non obiecta extrinsecus sequuntur. sed actum suae mentis expe
diunt. Hac itaque ratione multiplices cognitiones diversis
ac differentibus cessere substantiis. Sensus enim solus cunctis
aliis cognitionibus destitutus immobilibus animantibus cessit.
Quales sunt conchae maris quaeque alia saxis haerentia nutriuntur.
Imaginatio vero mobilibus beluis quibus iam inesse fugiendi appetendi
ve aliquis videtur affectus. Ratio vero humani tantum generis est.
sicut intellegentia sola divini. Quo fit ut ea notitia ceteris praestet
quae suapte natura non modo proprium sed ceterarum quoque notitiarum subiecta cog
noscit. Quid igitur si ratiocinationi sensus imaginatioque refragentur. nihil esse illud uni
versale dicentes. quod sese intueri ratio putet. quod enim sensibile vel imagina
bile est. id universum esse non posse. Aut igitur rationis verum esse iudicium nec
quicquam esse sensibile. Aut quoniam sibi notum sit plura sensibus et imagi
nationi esse subiecta. inanem conceptionem esse rationis. quae quod

sensibile sit ac singulare quasi quiddam universale considerat. Ad haec si ratio
contra respondeat se quidem et quod sensibile et quod imaginabile sit in universitatis
ratione conspicere, illa vero ad universitatis cognitionem aspirare non posse, quoniam eorum
notio corporales figuras non possit excedere. De rerum vero cognitione firmi-
-ori potius perfectiorique iudicio esse credendum. In huiusmodi igitur lite nos quibus tam
ratiocinandi quam imaginandi etiam sentiendique vis inest nonne rationis potius
causam probaremus? Simile est quod humana ratio divinam intelligentiam
futura nisi ut ipsa cognoscit non putat intueri. Nam ita disseris: si qua cer-
-tos ac necessarios habere non videantur eventus, ea certo eventura praesciri nequeunt.
Harum igitur rerum nulla est praescientia, quam si etiam in his esse credamus, nihil erit
quod non ex necessitate proveniat. Si igitur uti rationis participes sumus,
ita divinae iudicium mentis habere possemus, sicut imaginationem sensumque
rationi cedere oportere iudicavimus, sic divinae sese menti humanam summittere
rationem iustissimum censeremus. Quare in illius summae intelligentiae cacumen si pos-
sumus erigamur. Illic enim ratio videbit quod in se non potest intueri. Id autem est quonam modo
etiam quae certos exitus non habent certa tamen videat ac definita praenotio.
Neque id sit opinio sed summae potius scientiae nullis terminis inclusa simpli-
-citas.

Metrum archilochium.

Quam variis terras animalia permeant figuris. Namque alia extento sunt cor-
-pore pulveremque verrunt. Continuumque trahunt vi pectoris incitata sulcum.
Sunt quibus alarum levitas vaga verberetque ventos. Et liquido longi spatia aetheris
enatet volatu. Haec pressisse solo vestigia gressibusque gaudent. Vel virides
campos transmittere vel subire silvas. Quae variis videas licet omnia discrepare
formis. Prona tamen facies hebetes valet ingravare sensus. Unica gens hominum
celsum levat altius cacumen. Atque levis recto stat corpore despicitque terras.
Haec nisi terrenus male desipis admonet figura. Qui recto caelum vultu petis exserisque frontem.
In sublime feras animum quoque ne gravata pessum inferior sidat mens corpore celsius levato.

Quoniam igitur uti paulo ante monstratum est, omne quod scitur non ex sua sed ex comprehenden-
tium natura cognoscitur, intueamur nunc quantum fas est quis sit divinae substantiae
status, ut quaenam etiam scientia eius sit possimus agnoscere. Deum igitur aeternum esse
cunctorum ratione degentium commune iudicium est. Quid sit igitur aeternitas

consideremus. Hec enim nobis naturam pariter divinam scientiamque patefaciet.
Eternitas igitur est interminabilis vite tota simul et perfecta possessio. Quod ex col-
latione temporalium clarius liquet. Nam quicquid vivit in tempore id presens
a preteritis in futura procedit. Nihilque est in tempore constitutum quod totum vite
sue spatium possit pariter amplecti. Sed crastinum quidem nondum app-
rehendit. hesternum vero perdidit. In hodierna quoque vita non amplius vivitis
quam in illo mobili transitorioque momento. Quod igitur temporis patitur condicione,
licet illud sicuti de mundo censuit Aristoteles nec ceperit umquam esse nec
desinat. vitaque eius cum temporis infinitate tendatur. nondum tamen tale est
ut eternum esse iure credatur. Non enim totum simul infinite licet vite
spatium comprehendit atque complectitur. sed futura nondum transacta iam
non habet. Quod igitur interminabilis vite plenitudinem totam pariter
comprehendit ac possidet. cui neque futuri quicquam absit nec preteriti
fluxerit. id eternum esse iure perhibetur. Idque necesse est et sui compos
presens sibi semper assistere. et infinitatem mobilis temporis habe-
re presentem. Unde non recte quidam qui cum audiunt visum Platoni mundum
mundum hunc nec habuisse initium temporis nec habiturum esse de-
fectum. hoc modo conditori conditum mundum fieri coeternum putant.
Aliud est enim per interminabilem duci vitam quod mundo Plato tribuit.
aliud est interminabilis vite totam pariter complexam esse presentiam.
quod divine mentis proprium esse manifestum est. Neque enim deus conditis rebus an-
tiquior videri debet temporis quantitate. sed simplicis potius proprietate
nature. Hunc enim vite immobilis presentarium statum infinitus
ille temporalium rerum motus imitatur. Cumque eum effingere atque
equare non possit. ex immobilitate deficit in motum. ex simplicitate
presentie decrescit in infinitam futuri ac preteriti quantitatem.
Et cum totam pariter vite sue plenitudinem nequeat possidere.
hoc ipso quod aliquo modo numquam esse desinit illud quod implere
atque exprimere non potest. aliquatenus videtur emulari. alligans
se ad qualemcumque presentiam huius exigui volucrisque momenti.
Que quoniam manentis illius presentie quandam gestat imaginem

Ad comparationem eterni tantum

Aristoteles dixit mundum semper fuisse semperque mansurum.

platonica diffinitio de mundo.

simplex natura dei tantum presens habet.

quibus cumque contigerit id praestat ut esse uideantur. Quod uero
manere non potuit infinitum temporis iter arripuit. Eoque modo
factum est ut continuaret eundo uitam cuius plenitudinem complecti
non ualuit permanendo. Itaque si digna rebus nomina uelimus
imponere, platonem sequentes deum quidem aeternum, mundum uero dicamus
esse perpetuum. Quoniam igitur omne iudicium secundum sui naturam quae sibi subiecta
sunt comprehendit. Est autem deo aeternus semper ac praesentarius status,
scientia quoque eius omnem temporis supergressa motionem in sue manet
simplicitate praesentiae. Infinitaque praeteriti ac futuri spatia com-
plectens, omnia quasi iam gerantur in sua simplici cognitione conside-
ret. Itaque si praesentiam pensare uelis qua cuncta dinoscit, non esse
praescientiam quasi futuri, sed scientiam numquam deficientis instantiae rectius
estimabis. Unde non praeuidentia sed prouidentia potius dicitur, quod porro
ab rebus infimis constituta quasi ab excelso rerum cacumine cuncta
prospiciat. Quid igitur postulas ut necessaria fiant quae diuino
lumine lustrentur, cum ne homines quidem necessaria faciant esse
quae uideant? Num enim quae praesentia cernis aliquam eis
necessitatem tuus addit intuitus? Minime. Atqui si est
diuini humanique praesentis digna collatio, uti uos uestro
hoc temporario praesenti quaedam uidetis, ita ille omnia
suo cernit aeterno. Quare haec diuina praenotio naturam
rerum proprietatemque non mutat. Taliaque apud se prae-
sentia spectat, qualia in tempore olim futura pro-
uenient. Nec rerum iudicia confundit. Unoque suae
mentis intuitu tam necessaria quam non necessaria
uentura dinoscit. Sicuti uos cum pariter in terra
ambulare hominem, et oriri in caelo solem uidetis, quamquam
simul utrumque conspectum tamen discernitis, et hoc
uoluntarium illud esse necessarium iudicatis, ita igitur
cuncta despiciens diuinus intuitus qualitatem rerum
minime perturbat. apud se quidem praesentium.

ad condicionem uero temporis futurarum. Quo fit ut hoc
non sit opinio sed ueritate potius nixa cognitio. cum exta-
turum quid esse cognoscit. quod idem existendi necessitate
carere non nesciat. Hic si dicas quod euenturum deus uidet id
non euenire non posse. Quod autem non potest non euenire id
ex necessitate contingere. meque ad hoc nomen necessitatis
astringas. Fatebor rem quidem solidissime ueritatis. sed cui
uix aliquis nisi diuini speculator accesserit. Respondebo
namque idem futurum cum ad diuinam notionem refertur necessarium.
cum uero in sua natura perpenditur. liberum prorsus atque absolutum
uideri. Duae sunt etenim necessitates. Simplex una. ueluti quod
necesse est omnes homines esse mortales. Altera condicionis. ut si
aliquem ambulare scias. eum ambulare necesse est. Quod enim
quisque nouit id esse aliter ac notum est nequit. Sed hec condicio
minime secum illam simplicem trahit. Hanc enim necessitatem
non propria facit natura. sed condicionis adiectio. Nulla enim
necessitas cogit incedere uoluntate gradientem. quamuis eum tum
cum graditur incedere necessarium sit. Eodem igitur modo
si quid prouidentia presens uidet. id esse necesse est. tametsi
nullam nature habeat necessitatem. Atqui deus ea futura que
Sub misera fato legis de matre [.i. aqua & pluuia] sorores.,

Cambridge University Library
Licensed under Creative Commons Attribution-NonCommercial 4.0 Unported License (CC BY-NC 4.0)

Inuida namq; patris cogit sors frangere fatum.
Vna tamen spes est tali sub lege reuentis
Quod mox regalem matris remeamus in aluum.

De propositione utriq: casus

Emerita gemina sortis sub lege tenemur.
Nam tollenti nos stabiles seruire necesse est.
Causanti contra cursus comitamur eundo.
Sicq: uicissim bis bissae coniungimur ambis
Quippe sorores decreta stat legibus urna.

De scyrra

Celsicolae nascor foecunda matris in aluo.
Quae superas penitus sedes habitare solescit.
Sum petulans agilisq: fera uisonis corporis astu.
Ardua ceu pennis conuecta cacumina scando.
Veloci uitans passu discrimina martis.

De oculis

Discernens totum iuris natura locauit
Nos pariter geminos una de matre creatos.
Diuisi haut magno parui discrimine collis.
Vt numquam uidi illum nec me uiderat ipse.
Sed cernit sine me nihil illo nec sine cerno.

De strabis oculis

Intermirandū cunctis est cetera quod nunc
Narro quidem nos produxit genitrix uterinos.
Sed quod contemplor mox illud cernere spernit.
Atq; quod ille uidet secum mox cernere nolo.
Est dispar nobis uisus sed inest amor unus.

De lusco

Vnus sum genitus ducifer fratris sine fructu
Eius sed propriam post dirabor comitatu
Mortem una uitam deinceps sine fine tenemus.
Inuita natum nullus quem creuerat umquam.
Hoc qui non credit uerum tunc esse uidebit.

De malo

Est mirū ingratu cunctis quod nomine dicor
Cum rarum aut dubium qui me sine uiuere cōstat.
Nec ego priuatim constare bono sine possum.

Certum namq: bonum si dempserit omne p(ro)bo.
Iam mihi nulla boni innata est substantia ueri.

De adā

Regem me quondam gnari & dominū uocitabant.
Sceptri dum solus tunc regmen in orbe tenebam.
Pro dolor heu [s. aeua] socia uirtute redactus inermem
Hostilis subito circum me copia cinxit.
Ac deinceps miserum seruus seruire coegit.

De trina morte

Saucia loetiferis omnes cum [s. uirorū] morsibus ictus
Iam rabidi trino capitis subdente [i. primo] per unco.
Sed multi euadunt binorum uulnera dentum.
Tertius est nullus quem deuitare licebit.
Sed binorū alter mordet quem cumq: p(er)emit.

De humilitate

Egregius uere nullus sine me est neq: felix.
Amplector cunctos quorum me corda requirunt.
Qui absq: meo graditur comitatu morte p(er)ibit.
Et qui me gestat sospes sine fine manebit.
Inferior terris & celis altior exsto.

De sup(er)bia

Eximio [alto] quondam saeclis sum nata parente [diabolo].
Quem diris uinctū dampnis regna spoliaui.
Septenas pariter mihi deseruire parabam
Reginas comitum septas cum prole maligna.
Paruulus [i. humilis xp̄s] ast obiens me iam prostrauerat armis.

De q(ui)nq: sensib:

Nos quini uario fratres sub nomine templum [corpus]
Concessum nobis colimus constanter ab ortu.
Nam [odoratus dr̄] thuris segetem fero. fercula & ille [i. gustus] saporis.
Hic totum [tactus] presens affert tangi. ille uidendum [uisus].
Ast laetam quintus [auditus] famam tristemq: ministrat.

De forcipe

Iamq: meum tibi quod narro mirabile dictu.
Fatum nam geminis constat mihi robur in armis.
Captandi subrectib: [s. ea] est fiducia grandis.
Non prae dura uel aspera neu me feruida terrent.

Cambridge University Library
Licensed under Creative Commons Attribution-NonCommercial 4.0 Unported License (CC BY-NC 4.0)

Rictibus intrepidis sed cuncta capessere tempto.

Grande caput collo consertum sumere cernor. De incude
Cui penitus nulli constant in uertice crines.
Heu fato miser inmobili qui sto pede fixus.
Cedere tantundem sinciput uerticis arcem.
Insons uindictam sed nolo referre nocenti. De mensa

Dulciferis omnes dapibus saturare solesco.
Quadripedem hinc felix ditem me sanxerat aetas.
(·i· habunde)
Esse tamen pulchris fatim dum uestibus ornet.
Certatim me predones spoliare solescunt.
Raptis nudata exuuiis mox membra relinquunt.

Armigeri dura cordis compagine fingor. De ense & uagina
Cuius & hirsuti extat circumstantia pepli.
Pangitur & secto cunctum de robore culmen.
Pellibus exterius strictim quae tegmina tute
Offensam diris defendunt imbribus aulam.

Testor quod creui rarus mihi credere sed uult. De scintilla
Iam nasci gelido natum de uiscere matris.
Vere que numquam sensit spiramina uitae.
Ipsa tamen mansi uiuens in uentre sepultus.

Armigeros inter martis me bella subire De sagitta
Obuia fata iuuant & corpora sternere loeto.
Insidiasque gregi cautas inferre ferino.
(t coetus)
Nunc iuuenum letos inter discurrere cetus.

Testatur simplex triplicem natura figuram. De igne
Esse meam haut mortales qua sine uiuere possunt.
Multiplici quibus en bona munere grata ministro.
Tristia nonnumquā tamen haut sum exorsus abillis.

(t bellator)
Miles enim diris complerit mea uiscera flammis. De faretra
Nam me flamma ferox stimulis deuastat acerbis.
Ut pacis pia mox truculenter foedera frangam.

Nontamen oblectat me sponte subire duellum., [discordiã vel pugnã]

De pruina

Rubricolor flammae flagrat ceu spargine lumen. [vel flamor. i. incendor]
Scintillas flammae seu ridet gemma rubore.
Nominis intus apex medium sinonus haberet.
Gemma rubens iam non essem sed grando niualis.,

Deuenti labro

Que me fata manent iuris testor rogitanti.,
Nam geminis captus manibus persoluere cogor
Ius sinuamine complexas & spargere sordes.

De seminante

Semina quod uitae pululent inpectore solo.,
Vera loquor quamuis factum dubitabile fingam.
Quod bona thesauri que condere destina perdam. [vel seminando]
Vt moriantur que uero perdenda reseruo. [s. iura]
Ceu dulcissima sint auri sub mente metalla.,

De carbone

Exul sum generis factus mutante figura.,
Postquam me perdendo ferax inuaserat hostis.
Expertem penitus uita formaq: relinquens.
Officinae seruum deinceps me iussit haberi.,

De coticulo

Natum me gelido terrae de uiscere dicunt.,
Inclita romanis sed & urbs dudum uocitabar.,
Sordida calcantũ pedibus nunc sternor inermis.,
Ridet acumine qui rodens me lingit habunde.,

De radiis solis

Summa poli spatians dum lustro cacumina laetus.
Dulcibus at lectis dapibus subculmine curuo. [vel tectis] [s. me]
Intus ludentes sub eodem temporis ortu
Cernere me tremulo possunt inculmine caeli.
Corporis absens plausu quid sum pandite sophi.,

Conclusio poetę de supra dictis enigmatib:

Versibus intextis uatem nunc iure salutat.
Litterulas summa capitum hortans iungere p̃imas.
Versibus extremas hisdem eximino coloratas.
Conuersus gradiens rursum perscandat abimo., 213

Incipiunt dogmata Albini ad carolū imperatorē

Impleat o [s. rex] uestrum domini dilectio pectus.
Rex [s. o rene?] ipsum dominum iugiter sagitare memento.
Diligit ille prior tribuens praecepta suorum [s. seruor(um)?].
Maxime natorum cupiunt qui currere callem.
Quem [s. callē] caeli rectum regnator & ipse cucurrit.
Semper amans natos ut semper ametur ab ipsis. De timore
Ut timeas dominum legis praecepta secutus.
Maxime dauiticos debes per currere campos.
In quibus aeterno latices de fonte manantes.
Inuenies tibi met uitalia pocula dantes.
Qui tibi mortiferam pellant de pectore sitim.
Semp & aeterna florentia regna ministrent. De obseruandis mandatis dn̄i
Quisquis amat dn̄m debet sermonibus eius
Cernuus in cunctis iugiter parere libenter.
Verba sonant dn̄i. Siquis me diligit inquit.
Vrā [t nrā] suis curet describere munera [t munia .i. i corde] fibris.
Utilis in factis seruus probabitur omnis.
Si cupit exsequeri quod factis auribus hausit. De sapientia
Ut ualeat uero regi contingere [ge] xp̄o.
Regia sit semper regnans sapientia rerum.
Que tibi consilium ualeat conferre beatum.
Amplificet regna tribuat sine coronam.
Clamide purpurea temet circumdet & ornet.
Hic & in aeternum felicia gaudia prestet.
Temperet interea uirtus prudentia regem. De prudentia
Actibus in cunctis & scis moribus ornet.
Componat mores sermones ordinet omnes.
Erudiat linguam sensusq: ministret acumen.
Exornet habitū gressum componat honestum.
Ipsa dei uirtus tibi met concedat utrumq:

De simplicitate

Simplicitas animi uirtutum semina nutrit.
Simplicitas regum mores componit & ornat.
Sermones nitidos puro decore ministrat.
n
Odia non retinet laudes, captat inanes.
Nec cupit absentum fratrũ derodere uitam.
Auferet inluuies hominis de pectore totas.

De patientia

Vir patiens patriam poterit conscendere celsam.
Si hic nitidam primũ teneat sine crimine uitam.
Torporem patiens debet calcare nugacem.
Ne pereat tardus nocuo subpondere pressus.
s. & debet
Astutiam debet serpentis habere columbae.
Callidus & prudens debet mitescere serpens.

De iudicio

Dilige iudicium si uis conscendere caelum.
Taliter & uestris censoribus ipse minato.
Discite si cupitis nostrum conquirere munus.
Iudicii callem recto percurrere gressu.
Ipse tamen sacras debes perquirere leges.
i. subiectis
Ex quibus auxilium ualeas conferre subactis.

De iustitia

Iustitiae totum cura disponere regnum.
Quod tibi rex regum commisit rite regendũ.
Iudicibus iuste manda disponere cuncta.
Viuere cunctipotens sanxit legaliter omnes.
Iam digitus domini legum censura tapillo
Scripsit & in cartis iussit describere terris.

De misericordia

Omnia prae- uideat sollers industria regis.
Magna ferat magnis & prestet parua pusillis.
Ac famis haut miseros cesses a clade leuare.
Si cupis in cęlo fructum mercedis habere.
Ille poli poterit regni conscendere celsa.
iam i. porrigere
Qui miseris norit plenam, porgere dextram.

De thesauro in celo collocando

Felix qui poterit thesaurum condere caelo.

Cambridge University Library
Licensed under Creative Commons Attribution-NonCommercial 4.0 Unported License (CC BY-NC 4.0)

Clanculo (a dub) quem rapiens nequeat disrumpere latro.
Tinea nec maculans ualeat corrodere mordax.
Est ibi praediues nimium thesaurus et ingens.
Angelicus (f. et e) panis potusq; et uita perhennis.
Sufficiens cunctis per grandia saecula iustis.
Aurea regna tenet supero thesaurus in aeuo.
Illic angelica praefulgida uestis habetur.
Incorrupta manens semper sine fine beatis.
Illic gemme nitet. pendentia pallia lucent.
Anulus armillae torques dextralia mitra.
Aurea cuncta micant. lucentia cuncta coruscant.
Fortis ad auxilium regalia brachia tende. De defendendo
Et uiduas miseras pariter defende pupillos. pupillos et uiduas.
Clipeus esto bonis et turris et arcus et arma.
Ne ualeant acta praui defendere praua.
Eripiat cunctos praeclara potentia regis.
Qui iacuere diu prauo sub pondere pressi. De auaritia
Pestis auaritiae ne regia pectora tangat. uitanda
Munificus cunctis praelargus et omnibus esto.
Parua dabis paruis et magnis magna parabis.
Inferat auxilium regalis dextera cunctis.
Omnia discrete regis industria seruet.
Munere iocundos faciens per regna ministros. De pace
Pax tecum maneat. rex (f. o) pacem semper amato.
Pax regnum solidat. regni pax cornua firmat.
Pax animam nutrit. retinet concordia pacem.
Pax reprimit litem. concordes nectit et idem (t eadem).
Lis pacem metuit. refugit discordia pacem.
Odia pax pellit. castum pax nutrit amorem. De zelo bono
Zelus ut innumerum uirtutum transeat ante.
Ferueat ignifero fratris succensus amore.
Pacis amator homo debet zelare propinquos.

Qui moneat fratres germano foedere cunctos.
Arguat et reprobos frontosa uoce superbos.

De clementia

Ipacis ad amplexus pariter conuertat et ambos.,
Luceat in uestro semper clementia. corde.
Laetificans uestros per cuncta palatia seruos.,
Imbres laetitiae regis clementia fundat.
Dulciter ut populus ualeat laetarier (.i. letari) omnis.
Viderit ut uultum regis lucere serenum.
Clarius argento fulgentem et purius auro.

De consilio

Accipe consilium multis de cordibus unum.
Quod tibi disponens faciat discretio gratum.,
Vtile consilium regis confirmat honorem.
Totius et regni fines defendit ab hoste.,
Alto consilio debes disponere regnum.
Rex (s. det) tibi commissum regni per compita totum.,

De presidio domini

Praesidio domini firmantur brachia regis.
Eius et in manibus uictrix seruabitur hasta.
Praesidio domini regnum defenditur omne.
Crescit et eximiae pollens uirtutis honore.,
Presidium domini custodit denique regem.
Semper et a prauis defendit hostibus idem.,

Incipiunt disticha eiusdem ad eundem regem.

O praesul patriae prudens et rex uenerande
Qui dignis meritis. salomon sapiens uocitaris.
Dactilicis librum quem feci uersibus istum
Accipias laeto deuotus pectore tuto.
Ac rectis monitis que describuntur in isto (.i. libro)
Ipsa tuae species animae exornetur honeste.,

De fide

Recta fides domini qui mundi conditor instat
Exta in corde tuo consistat semper honesto.,

De dilectione

Ipsiusque dei summi dilectio uerax
Et fratrum pariter deuoto pectore constet.,

Cambridge University Library
Licensed under Creative Commons Attribution-NonCommercial 4.0 Unported License (CC BY-NC 4.0)

Et spes aeterne uitę quae fine carebit De spe
Impleat ipsa tuā semp mentem uenerandam;
Assiduaeq: tibi scripturae lectio scā. De electione
A quoquā doctore bono recitetur amanda;
Pacificusq: tuae consistas tempore uitae De pace
Namq: tuū nom̄ hoc designat satagendū;
Ac multis largus miserator siste frequent̄ De misericordia
Hinc qm̄ dn̄s tibi consist& miserator;
Dimittasq: tuis exortor debita multa De indulgentia
Inde tibi dn̄s dimitt& crimina plura;
Ac patiens princeps incunctis actib: adstes De patientia
Nām uerax patiens si sistas martyr haberis;
Sis humilis hilaris dum uiuens corpore sistis De humilitate
Ut caeli celsa sede excelsus uidearis;
Proculpisq: gemens tibi sit compunctio frugi De compunctione cordis
Quo lacrimis fundas fletus tibi sistat amarus;
Delictiq: tibi fiat confessio uera De confessione
Et scelus inde tuū donet ds̄ om̄e pactum;
Sic tua poeniteat te crimina seua patrasse De poenitentia
Preteritū facinus deflendo n̄ iterando; De iterando
Sed neq: conuerti tardes decrimine facto conuerti ad dnm
Mors&enim festinat uelox &neq: retardat;
Atq: tuo dn̄i timor instet corde fideli De timore dn̄i
Nam qui cūmq: dm̄ tim& hic se acrimine seruat;
Consistantq: tibi ieiunia scā frequenter De ieiuniis
Quę celum penetrant & coram iudice constant;
Atq: frequens ate elemosina sistat agenda De elemosina
Quę poenis animā peccantis liberat atris;
Ac uitam castam consuescas ferre modestā De castitate
Nam castus dn̄o sūmo hospitiū gerit ipse;
Et fraus nulla tibi consistat mente fideli De fraude

Cambridge University Library
Licensed under Creative Commons Attribution-NonCommercial 4.0 Unported License (CC BY-NC 4.0)

Han quicumq: facit dampnũ sibi gestat inorme.

De falsis testib: Ac testi quoq: fallaci tu credere noli.,
Nam testis fallax uicinos opprimit ipse.,

De inuidia Inuidiam fugias que multorum pectora torquet.,
Nam nil nequius esse potest quam liuor amarus.,

De supbia Atq: superbia mente tua procul eiciatur. (t abiciatur t aufugiatur)
Maxima que labes hominis decernitur esse.,

De iracundia Non sistas iracundus nec corde proteruus.
Ira uiri plenus rixas nam prouocat atras.,

De humana laude ñ querenda. Non queras hominum laudem propter bona facta. (De humana laude ñ querenda)
Aeternae uitae sed speres praemia digna.

De pseuerantia boni opis Consistasq: frequens in factis semp honestis. (De pseuerantia boni opis.)
Nam finem dominus cuiusquam conspicit almus.,

De gula Atq: gulam nimiam non adsuescas cupiendo.
Per quam terrigenae primi in loeto periere.,

De fornicatione Luxuriamq: simul depellas corpore toto.
Que solet ubertate libidinis esse creata.,

De auaritia Ac studeas quoq: auaritiam depellere corde.
Que labes turpis ualde insaturabilis instat.,

De ira Ira in mente tua inmoderans non sistat habenda.
Iudicium rectum que nec discernere quibit.,

De accidia Accidiam quoq: deuites que noxia constat.
Que facit innumerum facinus hominẽ penetrare (patrare).,

De tristitia At mala tristitia absistat demente benigna.
Hoc (t uitio) nil nempe boni facti penetrare ualebit.,

De cenodoxia Gloria uana simul pellatur corde modesto.
Haec est que hominem nimium facit esse supbum.

De iiii. uirtutib: Hinc tibi consistant uirtutes quattuor istae.
Iustitia prudentia robor (fortitudo) temperiesq: (temperantia)
His tibi coniunctis satis expugnare ualebis
Inuisum contra pugnacem bella mouentem.

Cambridge University Library
Licensed under Creative Commons Attribution-NonCommercial 4.0 Unported License (CC BY-NC 4.0)

Qui semper pugnans non cessat nocte dieq:
Idcirco arma tibi celestia continuata
Audax accipias quis (ł quib:) decertare ualebis.,
Thorax iustitiæ tua stringat membra uenusta.
Atq: tuū galea spei caput induat alma.
Ac latus inde tuum fidei defendito pelta.
Et uerbi dn̄i ensis lumbos cingat honestos.,
hac igitur dn̄o placeat qui cuncta gubernat.
Vthis protectus consistas miles ab armis.
Et post certamen belli uictor habearis.,
Iudiciiq: dies cum sistat ualde timendus.
In dextra dn̄i consistas parte locandus.,
Iustitiæq: tibi prestetur clara corona.
Quam dn̄s dabit electis in sedibus almis., amen.,

Incipiunt uersus cuiusdam scoti de alfabeto.

A Principium uocis ueterumq: inuentio prima.
Nomen habens domini sū felix uoce pelasga.
Execrantis item dira interiectio dicor.,
B Principium libri mutis caput alter et ordo.
Tertia felicis uere sum sillaba semper.
Si me grece legas uirich tum nascor in orto.,
C Principium cæli primis et luna figuris
Et me clerus amat legeris si grece latinus.
Littera sum terræ pedibus pscripta quaternis.,
D Ablati casus uox sum et pars septima linguæ.
Omnitens nomen et habens uis (sillaba) bannita iuncta.
Sum mediū mille et ueterum quoq: nota deorū.,
E Pars ego mutorū uere uocalis habebor.
Altera deceptæ quondam sum sillaba matris.
Pars quoq: sum plena et uocis quinta latinæ.,
F Semisonus dicor liquidis ut muta ministro.,

Nescio quid causae est cur me sic ebrius odit.
Nox perit et tenebrae si me de flumine tollas.
G Si solam legeris tunc clarus cesar habebor.
Si duplicem legeris romanus presul habebor,
Post me quinta sonat paruu(m) uocalis in ore.
h Nomen habens uacuu(m) fragile(m) deporto figura(m).
Non nisi p(er) uersus in me manet ulla potestas.
Hoc tantu(m) ualui linguis spiramina ferre.
I Sum numerus primus iuuenu(m) contentio magna.
Spreta figura mihi est etiam sed mira potestas.
Me tamen haut d(omi)n(u)s uoluit de lege perire.
k Dux ego p(er) primos prima uocalis habebar.
Neq(ue) meo penitus pepulerunt iure moderni.
Nunc caput afroru(m) merui ł mensis haberi.
L Si me grece legas totu(m) sine sorde uidebis.
Nec frustra quoniam p(er) carmina sepe liquesco.
Sed tamen agricola incuruo me uertice portat.
m In metris iugiter cu(m) sim uocalibus esca
Suadeo de musis tollas me non gentricis
Ne atra figura tuos tenebris obfuscet ocellos.
n Vax [i. en] sum certa sonans qua res monstrat(ur) adesse.
Tolles me multo quaerunt de nomine frustra.
Vim quoq(ue) sic solitam p(rae)teo [omen] de carmine p(er)dens.
o Littera sepe choris sensu(m) signata canentu(m).
Curro uias multas manibus sed fixa manebo.
Perq(ue) meam forma(m) saeclorum uertitur ordo.
p Me sine nulla potest hominu(m) concordia cerni.
Nota potentis eram plebis p(er)scripta columnis.
Sic quoq(ue) nota fui patrum bis scripta prioru(m).
q Sola mihi [s. est] uirtus uocalem uincere quintam.
Qua sine non nascor ego hanc occido nefande.

Cambridge University Library
Licensed under Creative Commons Attribution-NonCommercial 4.0 Unported License (CC BY-NC 4.0)

.i. a e i o
Quapropter iuste memet respuere quaternae.
R Est nomen durum sed uirtus durior illo.
Idcirco placuit me non mollire camenis.
Nota tamen fueram populos uincentis et orbem.
S Nota fui patrum propriae et uirtutis modis.
Sed modo iam melius dn̄i sum nota secunda.
Et me phoebus amat posuitq: in ordine lucis.
T Angelus enuoluit poni me in fronte gementum.
Cetera turba neci miserae dum tota dabatur.
Te precor hec legitans proprio me nomine signa.
V Forma manet semp. uirtus mihi sed uariatur.
Utraq: sum uere nullo discrimine formae.
.i. dygāma
Nec me grecus habet scriptam sed me duo complent.
X Forma mihi simplex sed certe duppla potestas.
Aere me puro pscribit penna uolantis.
Per me sepe patet numerus de lege sacratus. Finit. .63.

(ut fertur)
Bonifacii Aenigmata 526

Aurea iure decem transmisi poma sorori.
Que in ligno uitae crescebant floribus almis.
Illius et sacris pendebant dulcia ramis.
Cum lignum uitae pendebat in arbore mortis.
Cum quib: et ludens compre ndas gaudia mentis.
t repletus
Et uenturae complearis dulcedine uitae.
Manducans mulso inspireris nectaris haustu.
t fraglantia
Spirantes replet nardi flagrantia nares.
Cum quibus et malis compares regna futura.
.i. quandoq:
Dulcia sic quondam celebrabis gaudia caeli.
Sunt alia alterius ligni aceruissima mala.
Pestifero uernant que in ligno mortis amarae.
Que adam manducans dira est cum morte peremptus.

A ntiqui infecta, [iam] flatu et felle draconis.
V ipereo ut dudum [ad ul] seue per lita ueneno.,
D ebuit [s. mala] hec palmis numquam iam tangere [s. aeua] uirgo.,
M andere que nefas est et gustare prophanum.
N e dentes strideant fuscati peste maligna.,
T alibus aut malis franguntur foedera s(an)c(t)a.

De caritate

V el superi incassū perduntur praemia regni.
C ernere quis poterit numero aut quis calculus aequat
S plendida que stolidis prestaui munera saeclis.
A qua presentis moderantur regmina uitae.
A tq: futura noui prestantur premia regni.,
R itibus atq: meis complentur iussa superna.,
T alibus humanū semp(er) miserebar [i. p] in aeuum.,
A diuui mortale genus uirtutibus almis.
I mperiis d(omi)nō superis famularier alto.
T etrica mundani calcent ut [fomegita] ludrica luxus.,
Regina clamor caelorum filia regis.,
A d requiem ut tendant animae pulsabo tonantē.
A ctus uel dicti sensus seu ut uincla resoluat.,
S edibus e superis soboles nempe architenentis
C uncta meis precibus restaurat saecla redemptor.
A rbiter ethereus condit me calce carentem.,
I n qua nec metas aeui nec tempora clausit.,
T empora sed mire sine tempore longa creauit.,

De fide

F ecunda et fortis uernans uirtutibus altis.
I psius altithroni ductrix et nuntia dicor.
D um xp(ist)i populū per mundi labara porto.
E t uirtute mea cunctis uiuentibus aequis
S acrantur xp(ist)o et demuntur crimina prisca.,
C [t uocor] lamor cuncta dei cernentis praeuia legis.,
A ccola sum terrae. sed caeli adgaudia plures

Transmitto inlustres superis &sedibus aptos.,
hic sine me nullus petri consortia scī
Omīb: aut pauli captat quia finib: orbis
Luciflua promunt fuscis mea lumina saeclis.,
Inclita menullusq: relicta adp̄mia regni
Conscendit xpī., miseros nec gratia fulcit.,
Ast tamen heu misera [sine] nonstando adregna poloy., De spe.
Scā comes faustos omnes comitata phortor
perpetuā meritis caelo comprehendere uitā.,
At sine me scandit nullus perculmina caeli.
Sed tristem acmiserā post illinc facta secernunt.,
fortunata nimis [et] sinonmentita fuissem.
prēmia p̄mittens si starent [desinerent] ludrica mundi.,
Terrigenas iugiter duco adcelestia regna.
Virib: ut freti tradant adcorpora poenas.
Regmina uenturi captantes aurea saecli., De iustitia
Igneus en genitor fertur mihi iuppiter esse.
Vocib: & uirgo stolidorū fulmine dicor.,
Sed scelus obuiarū terras liquisse [s. dicor] nefandas.
T[s. a] errigenis [ablt̄s] raro facies mea cernitur usquam.
Inclita caelorū fuerim cum filia regis.
Talibus ut genitus [filius] moderans cū legib: orbem.
Ingremio gaudens &figens oscula patris.,
Aurea gens hominū semꝑ gauderet inaeuū.
Normam si talis seruaret uirginis almae
Incubuit populis spreta me turba malorū.
xpī dum iugiter calcassent iussa tonantis.,
Idcirco penetrant herebi subtristia [s. loca] nigri.
Tartara plutonis plangentes ignea regas., De ueritate
Vincere me nulli possunt. sed ꝑdere [s. possunt] multi.,
est tamen & mirū xpī. quod sedibus adsto.

Regnans et gaudens superis cum ciuibus una
Incola sed querens germanam rura peragro.
Terras quam plures fantur liquisse nefandas.
Amplius inscepteris mundi iam degener erro. [l. degere nolo]
Sancta merendo tristis propria nunc nancta sorore.
Antiquus uates cecinit quod carmine dauid.
Interris uanos homines me uirgine dempta
Trans ubi semper eram fugiens nunc sidera scandam.

De misericordia

Moribus en geminae uariis et uire [uigore] sorores
Instamus domini cunctis incallibus una.
Sed soror intenebras mortales mergeret atras.
Et poenas herebi lustrent per deuia ditis
Regmina si saecli tenuisset sola per orbem
Illius aduersas uires ne frangere nitar
Clamans atque soror dicens karissima parce.
O genus est superum felix me uirgine nancta.
Regmine nempe meo perdono piacula terris.
Do uitae tempus superis do lumen olimpi
Ingenti [dat] mundi [gratis] uarius cum floribus aruo [telluri].
Aurea gens hominum scandit qua [.i. per me] culmina celi.
Ast tamen altithroni non sacris finibus absum.
Impetrans miseris ueniam mortalibus aeui.
Tranando iugiter christi per saecla ministro.

De patientia

Per me probantur ueri falsique prophetae.
Atque mali expulsi sanctorum a limite longe.
Tempora non perdunt per me pia facta pacta
In prope nam merito pressuras uerto meorum
Et miro exemplo sceuorum dira piacla
Nisibus eximiis commuto in premia sancta.
Tetraque multorum per me compescitur ira.
Igneus atque furor rixae cum torribus ardens.

Cambridge University Library
Licensed under Creative Commons Attribution-NonCommercial 4.0 Unported License (CC BY-NC 4.0)

Altrix uirtutum custos et sancta uocabor.,
Arte mea iugiter complentur iussa superna:
In caeli cuneo xpi quia sedibus adsto.,
Tranquilla aeternum regem comitabor in aeuũ.,

De pace

Pacificum passim fieret mortalibus aeuũ
Aeternũ imꝑiũ regnem si sola per orbem.,
Xpisticolis quondam e caeli sum culmine missa:
Uera dei soboles ortu dum saecla beauit.,
En regnatoris saeclorum nomine dicor [t dator]:
Regna inter xpi semp uernacula uernans.,
Et terras iustorũ habitans regina uocabor.,
Caelicolaeq: tenent iugiter me in culmine caeli.,
Regmina quaecumq: inlustro mea gaudia gestant.,
In quibus et non sum precib: iam poscor adesse.
Sps et corpus si digner seruiet ipsis.,
Tetrica pugnarũ non torquent bella ꝑterua.,
Infames fugio discordes semper ubiq: .
Arbiter ethralis iussit me semper habere.
Nisib: infringor sceuorũ et mente maligna:
Aurea mira mihi sed [.i. parata] parta est aula polorũ.,
Heu miseris longe [f sub:] quis sum mortalib: aegris.
Qui in proprio tecto me dedignantur habere.
Clauditur his superum caeli sub cardine regnũ.,
Quapropter populi talem non spernite sponsam:
Qua sine non caeli penetrantur uirgine templũ.,

De humilitate

Innumeras inter sacras uix [f. sum] sola sorores
Uestib: in spretis specie qua nigrior exsto.
Multi me spernunt cunctis dispectior en sum.,
In terris nusquã similatur uilior ulla:
Libertatis opem dominus sed donat in aethra.,
Ima solo quantum caelo fio proxima tantum.,

Terras indutus me xps sanguine saluat.
Ardua cęlorũ conscendit culmina nullus
Si me forte caret. propriæ nec iure [t sorte] sorores.
Cum dño xpo una sim karissima sponsa.
Ruricolæ & reges pueri innuptæq: puellæ
Innumeri heroes nati melioribus annis
Martirizatorũ excellens nec pulchra corona
Magnificiq: uiri meritis cũ matrib: almis
In tanto numero excepta me uirib: audax
Altithroni nullus capiet pia gaudia regis.
Mi iugiter nutrix & tutrix omnib: adsim.
Aeterni placans & mulcens pectora regis.
Flebilis & uacuus uocitatur mente monachus.
Acta mea prauo tumidus si corde refutat.
Terrigenis paucis comprobor amabilis hospes.
Et tamen altithroni nato lectissima uirgo.
Trano comes plures ducens sup ethra phalanges.
Virib: & sponsi fidens sum scã uirago.
e uirgi Regi regnorũ mea simplex foedera seruo.
nitate. Perpetuæ uitæ uernans cum florib: almis
Inclita cũ scis uirtutum gesto coronam.
Regis sæclorum matrem comitata mariam.
Gaudens que genuit proprium partura parentẽ.
Impia qui proprio saluauit sanguine sæcla.
Nuncupor angelicis & sum germana ministris.
Ignea conculcans spernendo ludrica luxus.
Tollitur in cælum rumor meus ante tribunal.
Almæ martiru dum gestant serta sorores.
Scõrum frontem præcingens floribus orno.
Aurea flammigeris tranent ut ad astra coronis.
Igneus ut phoebus splendentes sidera supra.

Tangor non pullis maculis speciosa uirago.
Hac auri specie uinco gemmata metalla.
Uirginea facie qua non est pulchrior ulla.
Me ciues caeli clamant karissima uirgo.
In terris longe fueras soror inclita salue.
Lucida perpetuae expectant me premia uitae.
Aeternusque dies atque inmutabile tempus.
Uiuida queque mei proiecit foedera iuris.
Mentis eius non ingreditur habitacula demum.
Agmine post iuncto multis cum ciuib: una
Carmen hoc (·i· tale) electũ canimus cum famine miro.
Cetera quod numquã modulatur turba piorũ.
Aetherium dulci laudantes carmine regem.
Qui proprio nr̃am mundauit sanguine uitam.
Cui merito grates sanctas sine fine canemus; am̃. ·183·

FINIT DE VIRTVTIB: INCIPIT DE ACERBISSIMIS MALIS · De cupiditate

Cernebam terrũ lustrans per saecula monstrũ
Uisib: horrendũ nec dictu effabile quodam.
Pignora purpureo maculat quod sanguine terre.
Inuaria cedens mortalia pectora (s. ter) cogens.
Dira fremens seuo passim cum murmure martis.
Ignea inferni animabus tartara confert.
Terrigenasq: tamen demulcet mente dolosa.
Auri materiẽ et fuluo splendore metalla
Sumant ut pretiũ trucidato fratre gemello.
Aut gnatus bibat auro iam genitore perempto.
Sic facit insanos homines quia belua maligna est.
Tot tantosq: uiros multis cum matribus una
Tetrica crudelis trudens ad limina (·i· orci) ditis.
Haut secus (s. quam sic) alloquitur mortales ore superbo.
Bestia (cupido de) pennipotens dominans sũ finib: orbis.

horrendam dicunt me omnes sed famine ficto.
Carior at multis accingor lumine uitae.
Ast infesta manens crudelior hostibus adsum.
Ex inprouiso et cum stropha [fraude] sternere nitor.
Nonquisquam in terris numerus nec calculus aequat
Milia quot passim strophosa [dolosa] morte peremi.
Reges et proceres docui temerare [uiolare] premendo
Foedera. necne pares. propriosq; propinquos.
haut secus ut populi p[er]dant sua iura minores.
Pontifices multos temptans p[er] deuia duxi.
Candida ne meritis conscendant atria caeli.
Presbiterosq; simul uastans p[er] lucra peremi.
Ordinibusq; sacris degentes [pfruentes t pficientes] sterno phalanges.
Cum semel adgrediens comitabor fraude monachos.
Cetera feminei sexus seu turma uirorum
Si mihi consentit mortalia gnana serentis
perpetuo perdit mercedis lucra perhennis.
Horrida sicq; meis cumulo tormenta maniplis.
Diuitis et cuius propria dominabor in aula.
Sollicitus pauper fit rebus semper egenus.
Et quicquam dapib; saecli saturatur opimis.
Sed mentem longe mordendo pace carebit.
Omnes magnanimae sperno uirtutis amicos.
Iustitiaeq; fidem et pacem depello serenam.
xpi dapsilitas ita longe expellitur a me.
Scorum mansit numquam patientia mecum.
Misericordia nonumquam mea tecta subibat.
Semp[er] me horrescens fugiet dilectio sca.
Natas priscorum clamant has carmina uatum
Regis caelorum summa qui regnat in arce.
Quas ego deuisas [t inuisas] damnando [spernendo] semp[er] habebam.

Qui me bachantem sua subter tecta recondunt
hos ago [istingo l facio] caede furens irarum maxima mater
Alter ut alterius fratres sua uiscera rumpant.,
Conditor excelsus dudum cum secla creauit.
Nomine formauit pariter sub lege creandi.
Sed priscus quondam in paradisi uiscere natrix [serpens]
Edidit [s. me] inuisam superis sub pace maligna.,
Inlicio [suadeo] plures stolidos me amare ferocem.
Dulcius ut mulsum quam nectaris haustū.,
Quiq: tenet strictam strophosis actib: unam.
Amplius in sceptris mundi uitatur [cogitur] habere.
Non qd̄ cernit habet cecatis mentib: errans.
Nec suus est proprius sed sic mihi seruus habetur.,
Athletis orci dicor dulcissima uirgo.
Caelicolae econtra appellant me pessima belua.
Quod plures populos mortis sub tartara trusi.,
Audiui quendam procerū dixisse priorum
Illustrem factis famoso nomine paulum.
Stirpem cunctorū causamq: [s. me] fuisse malorū.
hunc mihi prendere si iam traderet arbiter orbis.
Mordendo trepidi tremerent sub dentib: [s. meis] artus [s. illius].,

De Superbia

Serpens angelicus genuit me in culmine caeli.
Viperea spirans et noxia crimina cordi.,
pellexi et populi insidiando milia multa.
E superis regnis trudens in tartara nigra.,
Regina et mater peccati et praua dicor.
Bella mouens animis caste qui uiuere malunt.
Irasq: insidiasq: et mille crimina trado.,
Altera nam in terris non est crudelior ulla.
Luciferum ut dudū seduxi fraude maligna.
Omnes sic passim mortales perdere tempto.,

Qui me sub simbus gestant se sternere [humiliare] tempnunt.,
Viribus infestis alias conuinco sorores.,
In terris gradior sed nubila uertice tango.,
Terrifica grassans germanas subsequor una [sola].
Viribus inuisis sanctos incalce perunco [pimo· lobtrunco].

DE CRAPULA

Rectos ex armis propriis prosternere nitor.
Clara fui quondam sodomae dum farra manebant.
Regmina fœda tenens· donec pius ultor ab alto
Ardentes flammas multans & sulphura misit.,
Praeuia [ductrix] sum luxus petulantis foenore [quasi fœdere] carnis
Uiribus aequalis bibulae perfecta sorori [ebrietati].
Lurida nam dudum frangebam moenia scā.
Aurea dum solimae famosae templa ruebant.,
Grandia nam populus mordax [manducans] quondā idola fecit.,
Uiuere iam docui mediocres mente superba.

Reges ac proceres iustos quoq: spernere legē.,
Arte mea plures submersi faucibus orci.
Ac trusi aeterni flammis torrentibus [ardentib:] ignis.,

De ebrietate

Exbibulis semper dinoscor condita buccis.
Blandius inliciens stultis sum kara uirago.,
Rixas irarum iugiter conturbo feroces.,
Ignauos oculos & linguam famine trico [corrumpo].
Atq: pedes tardo· somnos & semina duro [·i·exaudo].
Tota infirmata mollescens corpora faxo [n· facio].,
Aurea faustorum fugiet sapientia longe.,
Stultorū passim persultant gaudia mecū.,
Dulcem semper amat me sic luxoria matrem.
In gremio illius iugiter nutrimina porto.
Crudeles animas urens cum torribus atros.
Edita [celra] stelligeri ut non scandant culmina cæli.
Sed barathri repetant lustrantes ima pfundi.,

Cambridge University Library
Licensed under Creative Commons Attribution-NonCommercial 4.0 Unported License (CC BY-NC 4.0)

Auferat humanis deus istam mentibus [l] ẏdram [serpentē].
Tale homines ut non uastet per saecula monstrū.,

De luxuria

Limpida sum fateor seua sed fraude maligna.
Usibus humanis dulcis ceu nectaris haustus.,
Omnia pertemptabo ardendo uiscera febre.,
Ruricolam raro quemquam sine uulnere linquo;
Ignibus internis animas ad tartara duco.
Aurea luciferi ut non tractent culmina cæli.,
Ars mea cænarum [.i. æscarū] & uini [.i. potus] nutrimine crescit.,
Infelix mortale genus quod bestia talis
Tetrica mulcendo tradit per tartara mortis.,
heu miseri talem mortales spernite gypsam.
Que matresq: maresq: simul disperdere temptat.,
Parcite sumptosos uictus & sumere potus.
Quo solet antiquus pasci nutrimine serpens.
Qui sodomæ princeps fuit. at dum regna [s. sodomæ] ꝑibant.
Igniferū rapuit tunc ciues fulgur abethra.,

De inuidia

Impia gignendo sum filia demonis atri.,
Non sum factoris superi moderamine creta.,
Uiribus atq: meis mors. tunc intrauit inorbē.
In paradisi orto quondam dum uipera repsit.,
Dum fratrū aspicerem scōrū facta tabesco.
Infelix fatum tanta me fraude fefellit.,
Ac bona sic propria frendendo perdo dolose.,
Proptea uirtutum uastatrix impia dicor.,
Ignea si pariter sim nec martẏria prosunt.
Tartareo macerans & torquens sæcla ueneno.,

De ignorantia

Iam dudum nutrix errorū & stulta uocabar.,
Germine nempe meo concrescunt pignora [l pondera] sæclis
Noxia peccati late per limina mundi.,
Ob quod semper amauit me germanica tellus.

Rustica gens hominū sclaforū & scythia dura·
Adsim si [filio] gnato genitor nongaudet inillo·
Non cælū terrā nec maris non æquora salsa·
Tranantem [currentē] solē & lunam nonsidera supra
Ignea contemplans quero quis condidit auctor·
Littera me numquā docuit sapientia quid sit [s. ipse auctor]·
Littera sordidior sæclis noncernitur usquam·
DE VANA Idcirco inuisam uocitat me grecia prudens·
GLORIA Metrica quod numquam uitans peccamina curo·
Versicolor uarie migrans per saecula lustro·
Auribus atq; oculis seruos per deuia duco·
Non etenim [s. ego] specie uera sed imagine ludo·
Auri flauentis passim argentiq; micantis
Gemmiferas species uitamentū mortalib: apto [suadeo]·
Lucisflua ut perdant uenturæ præmia uitæ·
Omnigeno iugiter mortales agmine uasto·
Rurigenas animas perdens puluera sterno·
Incautis semꝑ furtim mea spicula mitto·
Arte mea multi perdunt pia facta laboris·
Ieiuniū pariter [s. eo] solamina pauperis aegri·
Alnisonæq; preces· claris cū laudibus una·
Clam pereunt si non est [s. eo] factor cautus inactu·
Talia patrantem [s. pctī hoēs] uocitant me uirgo maligna·
Aurea uenturæ qui querunt munera uitæ·
Non cesso spolians plures mercede futura·
Terrigenas xp̄i peruertens omnia tempto·
Intemerata fides nusquam ut uideat morbe·
Aeterna infelix perdet habitacula miles·
Quem gemmæ aurumq; & uestis lanugine texunt [induunt]·
Quas res iam facio ut pp̄riæ [s. ad ... meas] admea iura recurri·
Omniaq; [s. dico] humanis non necessaria [s. ee] rebus·

S ed que homines longe lateq: uidentur habere.
V sibus ecce meis famulantur mente superba.
F alsior inter nos extat me nulla sororū.   De neglegentia.
N on est interris uirgo me stultior ulla.
E xsistens cunctis neglectu audacior una.
G rates dedignor domino persoluere dignas.
  .i. quali cursu   .i. luminaria sol & luna
L impida quoq: modo ꝑlustrant lumina terras.
E t cæli speciem depingunt sidera pulchram.
G entis humanæ aut dn̄s quis conditor esset.
E x qua re uarias uoluisset fingere formas.
N on ignara mali recti sum nescia uiuens.
T ot hominū leges & iussa altissima xp̄i
I nfringens semꝑ spernendo quærere nolo.
A ut quod præciperet mortalib: arbiter orbis.
A rdua non cupio uereor non ima profundi.
I nterea mortem haut timeo n̄ uiuere curo.
T alib: exuperans dicor stultissima uirgo.   De ira
I gnis sum feruens turbo præcordia bellis.
R ixarū uexans iugit̄ pia corda ueneno.
A ntiquos seue lacerando dissipo amicos.
  disiungo
P erfectos carosq: diu mox disseco demens.
  ł mentes
V irib: atq: meis ualeo depellere sensus.
  s. ualeo depellere
N esciat utq: ratum mens uano errore repleta.
D extera namq: mea tradet fera corpora loeto.
I nscia bachatur ceca uertigine lingua.
A rdentes agitans sermones ordine stulto.
  s. ego
L urida rixarū populis fera semina spargo.
  s. que   .i. abesse
O mnipotens mandat scis absistere templis.
  .i. fugient
Q ui me circūdant non inde pericula uitent
V ox mea trificis uaga ꝑsonat alta loquelis
  .i. iracunda
I ndita dicta ferens: & raro sentio uera.

Talib: inrebus spaciata [dilatata] retrogrado uiuens.,
Vana [s. ego] supstitioni sic uolo semper adesse [.i. stare].,
Ritib: angelicis expellor abethere summo.,
Saulus qui scos conclusit carcere turbas.
Credulus efficitur mutato nomine paulus.,
Hic erat egregius doctor mundiq: magister.
Barbara conuertens doctrinis agmina scis.
Plurima frugiferis dispergens semina uerbis.,
De quo sacra seges mundi succreuit inoccis [.i. i satis].
Quem ds infidum caeli clamauit [uocauit] abarce.
Quid me psequeris dura cum calce refragans [recalcitrans].,.212.

528

Sce sator. legis lator. suffragator. largus dator.
iure pollens. es qui potens. nunc methra. firma petra.
aquo creta. cuncta freta. queq: plustra. uerrunt flustra.
quando celox. currit uelox. cuius numen. creuit lum̄.
simul solū. super polū. prece posco. prout nosco.
caeli arce. xpe parce. et piacla. dira iacla. trude tetra.
tua creta. que capisso. et facesso. ī hoc sexu. carnis uexu.
xpi umbo. meo lumbo. sit uiatro. cedat latro. max sugīnto.
fraudulento. pat parma. pcul arma. arte hostis. uti costis.
imo corde. sine sorde. tunc deinceps. trahit anceps.
catapulta. cedat multa. alma tutrix. atq: nutrix.
fulci manus. uti sanus. corde reo. prout queo. xpo theo.
qui est leo. dicam deo. grās meo.,

Hic rogo pauxillū ueniens subsiste uiator.
Et me scrutare pectore dicta tuo.
Vt tua deq: meis agnoscas fata figuris.,
Vertitur o species ut mea sicq: tua.,
Quod nunc es fueram famosus inorbe uiator.
Et quod nunc ego sum tuq: futurus eris.,

Delicias mundi casso sectabar amore.
Nunc cinis et puluis. uermibus atq: cibus.
Quapropter potius animā curare memento
Quam carnem. qm̄ hec manet illa perit.
Cur tibi rura paras, quem paruo cernis in antro
Me tenet hic requies. sic tua parua fiet.
Purpureo corpus inhias uestirier ostro.
Quod mox esuriens puluere uermis edet.
Ut flores pereunt uento ueniente minaci.
Sic tua namq: caro. gl̄a tota perit.
Tu mihi redde uicem lector rogo carminis huī.
Et dic da ueniam. xp̄e tuo famulo.
Obsecro nulla manus uiolet pia iura sepulchri.
Personet angelica donec ab arce tuba.
Qui iacis in tumulo terrę de puluere surge.
Magnus adest iudex milibus innumeris.
Cura fidelis erat sophiam mihi semp̄ amanti.
Pro quo [l. me] funde preces mente legens titulū.

Incipiunt enigmata Simphosii.

Hec [s. enigmata] quoq: simposius de carmine lusit inepto.
Sic tu [ppū nom̄] doces sic deleroq: magistro.
Annua saturni dū tempora festa redirent.
Perpetuo semper nobis sollempnia ludo
Post epulas laetas post pocula dulcia mensæ
Deleras inter uetulas puerosq: loquaces
Cū streperet late [ubiq:] madidæ facundia [eloquentia] linguæ.
Tū uerbosa choors studio sermonis inepti
Nescio quas passim magno de nomine [l. saturni] nugas
Est meditata diu. sed friuola [uana] multa locuta est.
Nec mediocre fuit magni certaminis instar.
Ponere diuersa uel soluere queq: uicissim.

Ast ego ne solus foede tacuisse uiderer
Qui nihil attulerim mecum quod dicere possim
Hos uersus feci subito decarmine uocis
Insanos inter sanum [i. sobrium] nonesse necesse est
Da ueniam lector quod nonsapit ebria musa;

De graphio scriptoris

Desummo planus. sed nonego planus imo.
Uersor utrumq: manu. diuerso munere [i. scribendo & delendo] fungor;
Altera pars reuocat. quicquid pars alta fecit [i. scripsit];

De harundine

Dulcis amica [s. sum] dei [i. apollinis] ripae uicina profundae [t dis]
Suaue carens [s. carmina t canens] musis. nigro [s. sum] profusa [t perfusa] colore
Nuntia sum linguae. digitis signata magistris;

De anulo gemmato

Corporis [s. sum] extremi nonmagnum pondus adhesi.
Ingenitum dicas. ita pondere nemo grauatur.
Seruo tamen facies. pluras habitura figuras;

De claue

Uirtutes magnas. deuirib: affero [e] paruis [tua];
Pando domus clausas. iterum [t sed] recludo patentes;
Seruo domum domino. sed rursus seruor abipso [i. a dno];

De catena

Nexa ligor ferro. multas [t os] habitura ligatos;
Uincior [s. ego catena] ipsa prius [t sicut]. sed uincio uincta [t cuncta] uicissim;
Sed solui multos. nec sum tam ipsa soluta;

De tegula

Terra mihi est corpus. uires. mihi prestitit ignis.
Est domus inalto. sedes est sedsemper inimo.
Et me pfudit qui me cito deserit humor;

De fumo

Sunt mihi sunt lacrime. sed n est [s. fumo] causa doloris.
Est iter adcelum. sedme grauis impedit aer.
& [i. ignis] qui me genuit. sine me nnascitur ipse [ignis];

De nebula

Nox ego sum facie. sed nonsum nigra colore;
Inque die media. tenebras tam aufero mecu.
Nec mihi dant lucem stelle. nec [i. luna] cinthia lumen;

De pluuia

Exalto uenio longa delapsa ruina;
Decelo cecidi. medias transmissa pauras.

s terre · offendit · tra
Sed sinus excepit · qui me simul ipse recepit ; De glacie

Unda fui quondā · q me cito credo futuram ;
frigoris
Nunc rigidis celi duris conexa cateruis ·
Nec calcata pati possum · nec nuda teneri ; De fluuio & pisce

Est domus interris · clara quę uoce resultat ;
Ipsa domus resonat · tacitus sed nonsonat hospes ;
Ambo tamen currunt · hospes simul & domus una ;

Puluis aquae tenuis · modico cum pondere lapsus · De nive
s · sū · s · in · su · su
Sole madens · estate pluens · infrigore siccus ·
capio
Flumina facturus · totas prius occupo terras ;

Longa feror uelox · formose filia siluae · De naui
trū · i · hominū · circūdata · tua
Innumeris pariter comitum stipata cateruis ·
s · in mari
Curro uias multas · uestigia nulla relinquens ;

Mira tibi referam nrāe primordia uite ; De pullo in ouo
Nondum natus eram · nec erā genetricis inaluo ;
Iam posito partu · natum me nemo uidebat ;

Nonpossum nasci · si nocciidero matrem ; De uipera
mors
Occido matrem · sed me manet exitus idem ;
2 quicqd
Id mea mors patitr · mea fecit origo ;

Littera me pauit · nec qd sit littera noui ; De tinea
Inlibris uixi · nec sum studiosior inde ;
Exedi musas · nec adhuc tam ipsa pfeci · ;
minerua dea quae p̄ artib :
Pallasine docuit texcendi nosse labore · De aranea

Nec pepli radios poscunt · nec licia tela ;
Nulla mihi manus est · pedib : tam omnīa fiunt ;

Porto domū mecū · sēp migrare parata ; De coclea
Mutatoq : solo · nonsum miserabilis exul !
i · dom ·
Sed mihi conchilium decelo nascitur ipso ;

Raucisonans ego sum · media uocalis inunda · De rana
Sed uox laude sonat · quasi se quoq : laudat & ipsa
Cumq : canā semp · nullus mea carmina laudat ;

De testudine

Tarda gradu lento specioso p(or)ta dorso
Docta quidē sed senio p(er)dita i fatu
Uiua nihil dixi que sic modo mortua canto;

De talpa

Cecā mihi facies. atris obscura tenebris
Nox est ipsa dies. nec sol cernitur ullus
Malo tegi terra. sic me quoq: nemo uidebit;

De formica

Prouida sum uitae duro nec pigra labore;
Ipsa ferens humeris secuturae p(ri)mia brumae
Hec gero magna simul. sed c̄gero. multa uicissim;

De musca

Improba sum fateor q(ui)d enim gula t(em)pe uetet
Frigora uitabā quę nunc estate reuertor
Sed cito cōmoueor falso c(on)tra uento;

De gurgulione

Non bonus agricolis non frugib: utilis hospes
Non magnus forma n(on) recto nomine dictus
Non gratus cereri sed paruā sumo saginā;

De mure

Parua mihi domus est sed ianua semp(er) apta
Exiguo sumptu furtiua uiuā sagina
Quod mihi nomen inest. rome q(uo)q: c̄sul habebat;

De pilace

Insidiis tacite dispono scandala mortis
Si faciem meā specient fugiant cito mures
Paucos saltem n(ost)ros maxime ac male timent;

De grue

Littera sum celi. penna p(er)scripta uolantis
Bella cruenta gerens. uolucri discrimine martis
Nec uereor pugnas dum non sit longior hostis;

De cornice

Uiuo noue (uel annos) uitas si me non gratia fallit
Nomen habens atrum nullo c̄plexa dolore
Et non irascens ultra c(on)tua dico;

De uespertilione

Nox mihi dat nom(en) primo de tempore noctis
Pluma mihi non est cum sit mihi penna uolantis
Sed redeo in tenebris nec me cōmitto dieb:;

De fenice

Uita mihi mors est. morior si cep(er)o nasci

Cambridge University Library
Licensed under Creative Commons Attribution-NonCommercial 4.0 Unported License (CC BY-NC 4.0)

Sed prius est factum leti quã lucis origo
Sic solos manes ipsos mihi duco parentes ; De lupo
i. oues sacratas
Dentib: insanis ego sum q̃ uinco bidentes.
trictus
Sanguineas predas querens uictusq: cruentos.
Mixtaq: cũ rabie uocem quoq: tollere possum ; De uulpe
talis corporis exigui. i. intellectus sẽ
Exiguum corpus. sed cor mihi corpore maius.
Sum uersuta dolis. arguto callida sensu.
Et fera sum sapiens. sapiens fera siqua uocatur ; De ericio
sẽ
Plena domus spinis. parui sed corporis hospes.
t co[o]pleat
Incolomi dorso telis confixus acutis.
Sustin& armatas segetes habitator inermis ; De peducula
i. mira
Est noua nr̃arum cunctis captura ferarum.
Ut siquid capias. & tu tibi ferre recuses.
Et q̃ non capias. tecum ñ ipse reportas ; De tauro
Moechus regis eram. sed lignea membra sequebar.
caucasus
Et cilicus mons sum. sed mons sum nomine solo
& uehor in celis & in ipsis ambulo terris ; De capra
s. sum
Alma iouis nutrix longo uestita capillo
t nã facili
Culmina difficili pagrans sup ardua gressu
trũ
Custodi pecoris tremula respondeo lingua ; De porco
s. sũ
Setigere matris foecunda natus in aluo
Desup exalto uirides expecto saginas
i. ore dr̃ inform̃i
Homine num habens si littera prima pedir&; De mulo
Dissimilis patris matri diuersa figura
Confusi generis generi ñ apta ppago
ex equo & asina
Exalis nascor nec quicquã nascit̃ ex me ; De tigride
Afluuio dicor fluuius uel dicitur ex me
uento
Iunctaq: sum uento que sum uelocior ipso
Et mihi dat uentus natos. nec quero maritum ; De centauro
s. sũ
Quattuor insignis pedib: manib:q: duab:
Dissimilis. mihi sum q̃a ñ sũ unus & unus

Et uehor & gradior cum me duo corpora portant

